

00  
A

6307

~~Q<sup>o</sup>~~. H. 46

116

DISSERTATIO INAVGVRALIS PHYSICO-MEDICA,  
DE  
**ANIMALCVLIS SPERMATICIS,**

Oder

*S*on den kleinen Thierlein/ welche in dem  
Männlichen Saamen derer Menschen und  
Thiere gefunden werden/

**SECVNDVM PRINCIPIA PHYSIOLOGICO-  
METAPHYSICA METHODO MATHEMATICA  
DEMONSTRATA,**

QVAM,

*V*ELIFICANTE NVMINIS SUPREMI GRATIA  
RECTORE Vniversitatis MAGNIFICO,

*PRÆNOBILI ET CONSULTISSIMO*

**DN. TOBIA JAC. REINHARTHO,**

JCTO, SACRI PALATII CÆSAREI COMITE, JVRID. FACVLT. ASSESSORE  
ET PROFESS. COD. PVBL. ORDIN. CIVITATIS STNDICO  
ET CONSULE,

*A*VTORITATE ET DECRETO GRATIOSÆ FACVLTATIS  
MEDICÆ IN PER-ANTIQUA HIERANA,  
SVB PRÆSIDIO

*L*AVDATISSIMI ORDINIS MEDICI DOMINI DECANI ET SENIORIS

**DN. D. HERMANNI PAVLI JVCHII,**  
SERENISS. DVCVM SAXO-VINAR. ET ISENAC. CONSIL. AVLICI ET ARCHIAT.  
PATHOL. ATQVE PRAXEOS PROFESS. PVBL. PRIMAR. ACADEM.  
CÆSAR. NAT. CVRIOS. COLLEGÆ,

*P*ATRONI AC PROMOTORIS SVI COLENDISSIMI,  
PRO GRADV DOCTORIS,

VNA CVM PRIVILEGIIS ATQVE IMMVNITATIBVS  
ANNEXIS LEGITIME ADIPISCENDO,  
PVBLICÆ ERVDITORVM CENSVRÆ SVBMITTIT

AVCTOR ET RESPONDENS

**CHRISTIANVS GOTHOFREDVS Obermann/**  
Uratislav. Silesius,

DIE V. OCTOBR. A. M DCC XXXI.

IN AVDITORIO MAJORI COLLEGII MAJORIS, HORIS CONSVENTIS.

ERFORDIÆ, Typis JOH. CHRISTOPH. HERINGII, Acad. Typogr.



DISSESTITATIO IN PAGARIAE THYSICO-MEDICO  
DE ANIMALI CAVIS SPERMATICIS

SCANDAM PRINCIPALIA PHYSIOLOGICO  
MATERIALIA ET HODO MATERIALE  
DISTRIBUTORIA

RECTORI UNIVERITATIS MEDICO  
ANATOMICO ET PHYSICO PROFESSORIBUS  
TOMO SECUNDI PARTIS QUADRIVIAE  
ET THERAPEUTICAE ET PHARMACEUTICAE  
IN THERAPIA ET PHARMACIA ET PHYSICO  
MEDICINA ET PHARMACIA HIRKANA  
SAY THERAPICO

YACHTASSEM OPERAM VITAM MUNERUM ET SCIENTIAS  
SERVARE DECIMI ET DECIMI ET DECIMI  
TANTOQVATUM DECIMI ET DECIMI ET DECIMI  
PATRIGNACE PROROMAGIS SITI COLLAUDARIAM  
PRO GRADA DOCTORIS  
VNA CVM TRIAFFECTUS ADOAE IMMUNITATIBUS  
ANNEXIS HIGIENIE ADHOC  
THERAPEUTICAE ET PHARMACEUTICAE  
ACUTORIS ET RESORDINANTIA  
CHRISTIANAS GOTHOREDAS DEDICATA

IN AVANTIOLO MAGI COTTERIENI MULIERE HONORIS COVAGATE  
PERIODIS TYPHO CHRISTIANI HERINEND VESTI BOCCE.

785

VIRIS

PER-ILLVSTRI, EXCELLENTISSIMO, GENEROSISSIMO,  
EXPERIENTISSIMO ATQVE DOCTISSIMO  
DOMINO,

DOMINO

D. CHRISTIANO  
DE HELDWIG,

ARCHIATRO FAMIGERATISSIMO, MEDICO ET  
PRACTICO CONSYMMATISSIMO, ET ACAD. NAT.  
CVR. COLL. ET MEMBRO MERITISSIMO.

NEC NON

MAXIME VENERABILI, EXCELLENTISSIMO ATQVE  
DOCTISSIMO DOMINO,

DOMINO

M. ADAMO QVASIO,

THEOLOGO INCOMPARABILI, AEDIS ELIS.  
ECCLESIASTÆ GRAVISSIMO, OB ELOQVENTIAM  
S. ET INNUMERA MERITA LONGE CELE-  
BERRIMO, SENATVS PARITER EC-  
CLESIASTICI ASSESSORI SPE-  
CTABILI.

NEC NON  
GENEROSISSIMO ATQVE NOBILISSIMO DOMINO,

DOMINO  
**JOHANNI GEORGIO**  
DE ROSEN-CRON,  
EQV. SIL.

UT ET  
EXCELLENTISSIMO, EXPERIENTISSIMO, NOBILISSIMO  
ATQVE DOCTISSIMO DOMINO,  
DOMINO  
**D. GODOFREDO**  
**BENCKIO,**  
CELEBERRIMO MEDICO ÆQVE AC  
PRACTICO,

HOC  
QVALECVNQUE SPECIMEN, VT VOCANT INAVGVRALE,

TANQVAM  
**PATRONIS AC FAVORIBVS**  
SVMMIS IN TESSERAM REVERENTIAE PERPETVÆ  
SACRVM ESSE VULT

**TANTORVM NOMINVM**

*Venerator devotissimus atque perpetuus*  
**CHRISTIANVS GOTHOFREDVS Obermann.**

VIRI  
PER-ILLVSTRIS, MAXIME VENE-  
RABILIS, EXCELLENTISSIMI, GENEROSISSI-  
MI, NOBILISSIMI, DOCTISSIMI ATQVE EX-  
PERIENTISSIMI,

PATRONI ATQVE FAVTORES SVMMI AC PIE  
DEVENERANDI,



Upereft, PATRONI, ut studiis meis  
Academicis colophonem imponam,  
& tamen moris, ut, antequam hoc  
fiat, materia quædam in cathedra pu-  
blica antea debita diligentia ceu testi-  
monium industriae adhibitæ elabora-  
ta edatur ac pro viribus defendatur. Quid igitur melius  
eligere potuisse, nisi curiosam illam & prorsus admira-  
ran-

randam explicationem de origine animalium, quæ se-  
cundum placita recentiorum ex transpositione partium  
minutissimarum animalculi admodum exigui sensim  
sensimque contingit & hoc ipsum tam in hominibus  
quam brutis omnis generis & speciei, temporis mei in  
Academis triti, ut rationem aliquam reddam, cum Do-  
ctoris honores & jura ambo? Quod multi ex præcipi-  
tantia nunquam laudanda rejiciunt, principia nostra  
ignorantes, alii e contrario insigniter defendunt, teste  
adeo fabro illo ferrario Schmalcaldensi vulgo Zainer/  
JOH. VALENT. WAGNERO diversos jam jam inge-  
neii sui foetus ab Eruditis, præjudiciis carentibus, appro-  
batos edente, & Philosophiam WOLFIANAM quan-  
tum occupationes aliæ ipsi permiserunt, defendantem.  
Sic enim ipse scribit in der bescheidenen und mit Salz  
gewürzten Entscheidung p. 45. seq. Man muß es ei-  
ner Übereilung zuschreiben/ daß Herr Prof. Lange die  
Lehre von den einfachen Dingen welche er doch/ wie aus  
seinem Widersprechen erhellte/ ebenfalls nicht begreissen  
kan/ ob er gleich in dem 12. §. seines Historischen Vorbe-  
richts hinter den eigentlichen nexum des ganzen Syste-  
matis Metaphysicæ gekommen zu seyn sich versichert  
hält/ vor so gar irrig und unverständlich auszurüsten pfle-  
get: denn daß seinen Vorgeben nach durch die Wolffia-  
nische Präsumtion, daß nehmlich die Seelen der Men-  
schen und der Thiere/ in den Elementen oder einfachen  
Din-

Dingen præexistiren sollen/ die Unsterblichkeit der menschlichen Seelen disputirlich gemacht wurde/ kan aus den Wolfianischen Gründen nimmermehr geschlossen werden. Denn nachdem bisher durch die Erfahrung offenbar worden/ daß der Leib des Menschen durch Verwandlung eines kleinen Thierleins hervor kommt/ dieses Animalculum aber schon vorher in semine virili als ein lebendiges und mit einer Seelen/ aber noch gar von geringen Grad begabtes Creatürchen/ und ehe und bevor es dahin kommen als ein Saame in dem von Speise und Trank herkommenden Geblüte/ nach vor ergangenen vielfältigen transmutationibus gesteckt und vorhanden gewesen/ so scheint der Wahrheit ähnlich/ daß die Seelen dieses animalculi als ein kein Empfindung habendes und gleichsam einem beständigen Schlaf unterworffenes Wesen vorher in denen Elementen oder einfachen Dingen mit dem Leibe schon zugegen gewesen seyn. Daß aber durch die vor angeführte vielfältige transmutationes, die selbe nach und nach immer zu einen höhern Grad der Klarheit/ und endlich durch die in Mutterleibe geschehene Verwandlung gar zu dem Wesen eines Geistes oder einer mit Vernunft begabten Seelen erhoben worden; so kan daraus nicht sonder Nachdruck geschlossen werden/ daß diese in dem Leben ihres Leibes immer vollkommener werdende Seele nach dem Tode desselben zu der von Gott bestimmten Zeit durch eine übermäßige Verwandlung/ zu

zu einer grössern Vollkommenheit und zu einem viel hö-  
hern und gleichsam vergötterten Grad der Clarheit end-  
lich erhoben werden wird. Durch welche gesunde Lehre  
die Unsterblichkeit der menschlichen Seele keinesweges  
disputirlich gemacht/ sondern vielmehr aus eine vortreff-  
liche und herrliche Art und Weise behauptet und demon-  
striert werden kan/ sc. Legat, qui vult & cuius Verita-  
tem interest nosse, plura in tractatu supra citato, & in der  
auf einem Felsen gegründeten Pyramide der Wolfiani-  
schen Philosophie ejusdem Aut. si Adversarii Illustris  
WOLFIICUM hocce Fabro ferrario primum excoluis-  
sent intellectum, & ad illa, quæ altioris & subtilioris  
sunt indaginis, rite concipienda, aptum fecissent, plus  
quoque temporis & industriæ ad perlegenda scripta  
erudita WOLFIANA adhibuissent ac adhibuerunt illa  
perstringentes sine ulla ratione ea sine dubio ac no-  
ster faber intellexissent. Dantur homines, qui tolerare  
haud possunt, si alii ab ipsis dissentiant, & unusquisque  
repræsentat Pontificem Romanum, ab omnibus errori-  
bus liberum. Dantur homines adeo severi, ut alios, qui  
non consentiunt cum ipsorum doctrinis persequi haud  
vereantur. Utinam ex propria experientia hæc aliaque  
talia testari nunquam potuisse, sed palam est & res li-  
quida. Detestati sunt olim Ethnici ejusmodi persecu-  
tionum genera, puduit eos persequi, qui in invenienda  
Veritate laudabiliter occupati fuere, ad minimum eos  
per-

persequi adeo severè non conati sunt, nec apud Pon-  
tificios tale quid audivimus, testante ipso Galilæo, qui  
systemati Copernicano, ut omnes hodie, qui in Astro-  
nomia hospites non sunt, applaudefebat. Ego interea  
Deo immortali gratias persolvo publice, quod beni-  
gne viribus meis adstante voluerit, ut cœpta mea inter  
mille mœrores ad finem perducere potuerim & quo-  
niā vos VIRI ILLVSTRIS EXCELLENTISSIMI,  
MAXIME VENERABILIS ET GENEROSISSIMI  
longe aliter judicatis ac illi, qui in Destructione ædificii  
Veritatum nescio quod delectamentum querunt,  
& ideo demonstrationis nexum rejiciunt, Vobis  
cum primis de re literaria & communi publico  
egregie meritis, laborem meum dedicare ausas sum.  
Non nego, me & alias rationes habuisse, cur Dissertatio-  
nem hanc vestris splendidis nominibus exornaverim, ve-  
rum hæc omnino, quæ jam in medium protuli, præci-  
pua est. Ignoscite ausum, accipite ut Artaxerxes ali-  
quando manum Mendisci aqua repletam, benignis ocu-  
lis munusculum hocce exiguum. Deus vos servet in-  
columnes ad Nestoreos usque annos in salutem reipu-  
blicæ & splenditissimæ uniuscu[m]usque familiæ gaudium.  
Estis fulcra omnium, exhibete vos igitur obsecro & ful-  
cra vestri Veneratoris: his fulcris nixo mihi tandem tem-  
pus apparebit, quod me per vestra auxilia felicem red-  
det, secundum illa verba, quæ Poëta olim cecinit: Qui  
modo

modo venisti nostram Mendicus in urbem, paulum  
mutato nomine sis Medicus. Pharmaca das egroto:  
aurum tibi porrigit æger, tu morbum curas illius; ille  
tuum

## VESTRORVM NOMINVM

Venerator devotissimus

## DISSERTATIONIS AVCTOR ET RESPONDENS.



## PRÆFATIO AD B. L.



On dubito, fore multos, immo plerosque qui hoc genus scripturæ leve & indignum fulgore veritatum judicent, cum relatum legent, Geometras veteres hac methodo primum in Mathesi universa suis usos, quam adeo in Disciplinis aliis immo ipsa Philosophia & Medicina locum habere vix posse. Ast ita judicium ferunt, qui concatenato nexu nil unquam gustarunt ex ore veritatis dulcissimo, de pane lucrando unice solliciti, quid Veritas sit cum Pilato ignorant, & ita nec sensu strictissimo nomen eruditorum merentur, nec voluntatem corrigentes prægressa emendatione intellectus mox huc mox illuc labuntur. Quoniam autem sole clarus atque jamdum demonstratum est a Viris celeberrimis, in Philosophia, Theologia, Jurisprudentia, Medicina æque ac Mathesi ad omnem demonstrationem opus esse I. ut adsint principia

A 2

principia

cipia evidentia , quæ sunt Definitiones , Propositiones identicæ , Experienciæ atque Axiomata , 2. ut ex illis legitime secundum Regulas syllogisticas concludatur ; sequitur omnino , Philosophicam &c. & Mathematicam demonstrationem in forma , h. e. in modo demonstrandi non differre , et si per se clarum , quoad materiam res ita sese non habere . Wolfium , Virum Illustrissimum , Philosophorum nostri sæculi facile Principem , Mathematicum quoque consummatissimum felicissimo successu Methodum istam Geometricam in tota sua Philosophia uberrime ostendisse & usurpare , quis est , qui ignorat , si saltim intelligat ea rite , quæ in medium sunt prolata , quis est , qui de sermonis mei veritate dubitat ? Carpovitum , Præceptorem meum olim præ omnibus aliis summopere devenerandum in Theologia , Cramerum in Jurisprudentia , incomparabilem vero Schreiberum in Elementis Medicinæ Physico-Mathematicis , tom. I. secutus sum , cuius & reliquas partes magna expectamus impatientia , quo aliquando Medicina adhuc perquam obfuscata , tandem meliori ornatu in usum proximi ægrotantis in lucem prodire queat . Viro egregijs animi dotibus præstanti Deus T. O. Tque maximus sufficietes hoc opus arduum ad finem suo tempore perducendum largiri vellit vires & animæ & corporis , ut & futuri Tyrones brevi temporis spatio ope manuductionis ipsius absolvere queant ea , ad quæ absolvenda antea vix tres aut quatuor anni summo cum labore in Academiis sufficiebant . Nos & igitur , nulla assumentes principia precasta , sed potius talia , quæ vel in aliis scientiis jam sunt de-

( 5 )

demonstrata, vel ex observationibus & experimentis  
Physicorum insigniorum evidentia, consequenter ulce-  
riori probatione non indigentia, non credimus iri infi-  
cias, si hosce Viros egregios, quantum pro tenuitate vi-  
rium intellectus fieri poterit, sequemur, & per legitimi-  
mas consequentias ex principiis ortas sine fuso & fal-  
aciis totam Theoriam nostram ad gloriam Dei im-  
mortalis, qui maximus est in minitatis, derivemus, no-  
strum conatum non improbandum esse. Dubium ve-  
ro quibusdam oriri posset, cum relatum legent, Theo-  
riam nostram esse hypotheticam & tamen nos velle  
omnia rite demonstrare, uti supra diximus; nos au-  
tem ita expediemus, concedendo, Hypothesin plena-  
riam non esse veritatem, interea tamen concedendam  
in Philosophia quatenus ad Veritatem liquidam inve-  
niendam dat occasionem. *Conf. Wolfi Horas subcesiv. 2.*  
*Stück, exercit. I.* Præterea cum Hypothesis observa-  
tionibus debeat esse conformis & superstructa, nos  
autem non assumimus principia precaria, sed expe-  
rientias &c. ut supra jam monuimus, experientiae au-  
tem sint principia evidentiæ, si saltem non com-  
mittimus vitia sic dicta subreptionis, & experien-  
tiæ plus tribuimus ac decet, conclusionem quan-  
dam pro ipsa experientia assumentes, quæ falsa es-  
se potest; nos hac hypothesi assumta aliquid præsta-  
re posse, quod a veritatis splendorē parum differt, quis  
dubitat? Nobis sufficiet, si hac theoria explicata, quis-  
que videbit, qui non in sepulchro præjudiciorum jacet  
& aurum veritatis examinare potest, vulgarem Medico-  
rum Theoriam de staminibus in oculis locum habere

A 3

haud

haud amplius posse, quoniam nos multa ratione operis  
 generationis explicare possumus, de quibus alias altum  
 est silentium, & quoque oportet esse, probabilitas autem  
 quæ plures habet circumstantias alteri, quæ pauciores,  
 præferenda. Placuit autem lubenter concedere: Differ-  
 entiam nostram esse Theoriam hypotheticam, ideo,  
 quoniam omnia ac singula deficiente autopsia ad ocu-  
 los quasi demonstrare non possumus, cum tamen aliis  
 forsitan suas hypotheses pro plenaria convictione aliis  
 obtrudere velit, quod vero apud nos non est moris.  
 Assumat hancce Theoriam interea qui velit, rejiciat, cui  
 minus conveniens videtur esse, nos non irascimur,  
 nam intellectus non potest cogi, ad minimum unus  
 quisque poterit animadvertere, perlegens hanc mate-  
 riā, nos nihil laudis querere, ut plurimi solent, in re-  
 futatione aliorum, cum fateamur, multa adhuc immo-  
 quam plurima nobis addiscenda, antequam opus tam  
 intricatum aggredi conabimur. Cur porro hancce &  
 non potius aliam Praxin concernentem materiam no-  
 bis elegerimus, cur nec unicum &c. B. L. hinc inde  
 inventurus sit ipse Deus immortalis, omnes compassi-  
 biles perfectiones in summo gradu habens, pro nobis  
 loquetur, noster sit Defensor. An hæc vili veniunt  
 pretio, quæ ad augmentationem ipsius gloriae scripta  
 sunt? An accurata aliquando Generationis hominum  
 atque brutorum explanatio nullius momenti? An er-  
 rores detegere, vanum? An a primis principiis res ex-  
 plicare, paucus labor? Annon & ex ista veritate mul-  
 tæ aliæ in aliis scientiis usitatæ legitime fluunt? An hæc  
 nullum in Theologia, nullum quoque in Jurispruden-  
 tia

tia habent usum? An denique & nos non uti debemus  
 jure illo, quod & alii habent, si illis in animo est, verba  
 facere de quadam materia, nondum adhuc in peculia-  
 ri Dissertatione explicata? Nos primi sumus, quantum  
 scimus, qui publice de hac re admodum curiosa di-  
 sceptamus. Utinam & primi essemus, qui hancce ve-  
 ritatem omnium cordibus ad Numinis Divini gloriam  
 imprimere potuissimus! Faciemus interea, quæ pos-  
 sumus, si vires intellectus vetant facere, quæ debui-  
 sumus. Si vero præter omnem spem & opinionem B.  
 L. animadvertat quædam, quæ ipsi displicant, tunc re-  
 fert, me dura admodum vita in Academiis fuisse usum,  
 adeo ut vires ingenii satis toleraverint damna in Patria  
 exoptata & charissima aliquando recuperabilia, &  
 quod nullus invenietur mortalium, qui omnibus ex as-  
 fe satisfactionem possit præstare. De Stylo pauca ad-  
 huc dicenda, de Autoribus hinc inde allegatis quoque.  
 Non expectabit Augustæi seculi stylum expolitum, il-  
 lum potius in scientiis & arte receptum præsentim  
 convenientem Methodo mathematicæ, nam capitul<sup>r</sup>  
 ille facilius, huic semper foret opus interprete, per ite-  
 ratas Definitiones, quod limites Dissert. vix concedunt.  
 Pro Rostris etiam Ciceronianis non loquimur, loqui-  
 mur ut Philosophos decet, convictionem ubique; quo  
 usque principia permittunt, quærentes, duplex enim  
 est Convictio, Oratoria atque Philosophica. Cum  
 Convictio oratoria consistat saltim ut plurimum in per-  
 suasione, persuasio ista autem in argutiis, figuris, tro-  
 pis, &c. quæ affectus quidem movent, sed multoties  
 contra rei veritatem faciunt, evidens est, nobis hic de  
 jure

jure sermonem esse debere de Philosophica convictione, utpote quæ supponit modum legitime concludendi ex principiis indubii. Ob dictam igitur utilitatem & nobis ea libertate ratione styli uti in sequentibus in animo est. Auctores, quod attinet, paucos inventi recensitos B. L. significare enim teneor, farraginem multorum nec demere nec adjicere posse quicquam veritati, si rei veritas non per se clara, alias & religio Muhamedarum pro vera esset tenenda. Quæstio nunquam ita struenda & in responione quies quærenda: *Quis hæc dixerit?* Maximus Philosophorum. Et ita & hic non quærendum: *Quis dixerit, sed potius quæ dicuntur, qua quoque methodo.* Quod reliquum est, precamur B. L. ne de hisce conatibus, judicet, antequam omnia a principio ad finem usque perlegerit, & perlegendo genuina nostra principia rite meditatus sit, volvendo revolvendoque ea, deinde, ut Judicium ita ferat, non tantum ut homines doctrina, sed quoque virtute præditos decet, quo facto, fore ut calculum meis laboribus benevole addat, & illi, qui omnes homines sicut semetipsum actu amat, honorat, ipsis servitia præstat, benigne faveat, est quod spero & summa meorum votorum. Methodus nostra, quod adhuc addendum erat, poscit, ut Capite primo agamus de Animalium spermaticorum prima origine atque vera eorum existentia, Capite secundo, de <sup>vires</sup> horum animalium inter se, &c, quia usus rei finis Dei est, de quo Wolfius in Metaphysicis & Physicis conferendus, Capite denique tertio, de usu & fine, animalium, qui consistit in generatione hominum atque brutorum.

rum. De plantis & eorum ortu & generatione hac vi-  
ce nil protulimus in medium, neque de animalculis,  
quæ reperiuntur in Aceto, Aqua, Vino, aliisque liquoribus  
differuimus, nec eorum usum ostendimus, nam  
præsens labor hoc non postulat, & qui usum unius rei  
explicat, obligatus non est, ut mox illum quoque in aliis  
ostendat, quæ aliqualem cum prima re forsan habent  
convenientiam, quod tamen alio tempore & alia occa-  
sione fieri poterit. Sufficit, me propositum semper  
ante oculos habuisse, quod laudi dicitur veritati, immo  
ipso veritatum scaturigini immortali Deo, si quam  
plurimos habeat amatores. Sed eheu! satis longam  
præfationem ad brevem Dissertationem, gravitas ma-  
teriae quidem longum & integrum requirit tractatum,  
quod tamen nec temporis ratio nec instituti videntur  
permittere, ne limites Dissertationis transgrediamur,  
quare ad propositum veniemus, & in hac exponemus  
Dissertatione Theoriam nostram de ANIMALCVLIS  
SPERMATICIS.

### CAPVT I.

## *De Animalculorum Spermaticorum prima origine atque vera eorum existentia.*

**M**Athematica methodo utens dicitur, aut qui  
a primis principiis progreditur ad conclu-  
siones usque ultimas, aut qui a conclu-  
sionibus ultimis regreditur ad prima principia, fal-  
tum ad illa, quæ alter propter evidentiam admittit.

B

Vid.

Vide Praef. nostram & Illusfr. Wolfgum Log. Germ. c. 110.  
 g. z. ubi ita loquitur: Wer sich überredet/ die Mathematick  
 schärfe den Verstand/ er mag sie trächtiren/ wie er wolle/ der  
 betreugt sich gar sehr. Denn nicht die Sachen/ welche in der  
 Mathematick vorgetragen werden/ sondern die Art des Vor-  
 trages und die dabei angewandte Überlegung sind es/ welche  
 dieses ausrichten. Wer die Mathematick wie andere Dinge  
 ohne einige richtige Lehr-Art lernt/ der hat von ihr in Aus-  
 übung der Logic keinen Nutzen zu gewarten/ am allerwenig-  
 sten aber kan er sich dergleichen versprechen wo man ihm nichts  
 weniger als Mathematiche Discurse unter dem Rahmen der  
 Mathematick verkauft. Es kan dadurch vielmehr/ wie durch  
 verwirren und unausgeführten Vortrag in andern Sachen  
 der Verstand gar verdorben werden/ welches um so viel mehr  
 zusagen hat/ wenn hier ein Vorurtheil dazu kommt/ als wenn  
 man durch die Mathematick seinen Verstand geschärft hätte/ re. quod probe Mathematici considerare deberent,  
 qui tantum mathematici sunt quoad materiam, non  
 quoad formam, h.e. qui non attendunt ad ordinem in-  
 comparabilem & veris Mathematicis proprium in de-  
 monstrando.

## §. II.

Methodus mathematica iterum duplex esse potest:  
 1) si a primis principiis progredimur ad conclusiones,  
 & 2) si a conclusionibus regredimur ad principia per §.  
 I. & tunc primus dicitur synthetica, secundus analyti-  
 ca. Utimur discurrendo atque disputando analyticā  
 methodo, quoniam nimis longum foret, si methodo  
 synthetica semper uti vellamus, & etiam alter multa  
 admittit methodo analyticā utentibus per §. I. Utimur  
 autem

autem methodo synthetica libros scribendo ac docendo alios; quoniam Lectores & Auditores nos eo melius intelligunt, si super facilitiora ædificium veritatum exstruamus.

## §. III.

Quia Meth. Math. saltim duplex est per §. 2. meth. analyticæ autem utimur in Discursibus & Disputationibus per §. 2. & methodo synthetica libros scribendo ac alios docendo per §. 2. sequitur & nos debere hic uti Meth. Math. synthetica, per §. 2. Hoc itaque semel pro semper dictum esse cupimus, quo hanc ipsam Methodum observaturi Theoriam nostram quonsque possibile ab omnibus Objectiōnibus liberam teneamus. Nam hac meth. veritas magis splendescit. v. Prof. nostram.

## §. IV.

Omnis materia, ex qua homines, bruta, atque pleraque plantæ ortum trahunt, nobis dicitur semen. Probe scimus, quod & alii, sub notione seminis omne id intelligent, ex quo aliquid sit, exemplo nobis sint Rorismarini germina, & quæ sunt reliqua. Cum hi semen sensu latiori sumant, minus recte credimus dictum esse, quoniam sine ratione ab usu loquendi non est recedendum, ut nos invicem intelligamus. Conf. Prof. nostram. Nos sensu stricto sumimus notionem seminis, secundum illud, quod Definitiones nominales sint arbitriae, attamen non sine ratione ut mox dictum est, sed tunc demum, si i.) nos novam alicujus rei considerationem instituimus, vel aliquid novi invenimus, & ex hoc fundamento quoque omnes rerum de-

B 2

nomi-

nominaciones sunt arbitrariae; 2.) in inconstanti usu loquendi, & 3.) si unius rei plures dari possunt Definitio-nes nominales.

## §. V.

Semen virile est liquor albicans a sanguine arteriarum spermaticarum in testibus secretus, & elaboratus per Epydidimides & vasa deferentia ascendens in vesiculis seminalibus ad futuros usque coitus conservatus, aliqua visciditate praeditus, & alteri magis lacteo, qui in coitibus ex prostatis venit, per mixtus, spirituositate aliqua teste odore praeditus, microscopiis melioribus adhibitis & rite applicatis animalcula innumera refe-rens. Nullus Philosophorum & Medicorum est, qui non assumat hancce Definitionem realem seminis virilis, si exceperis ultimum, nimurum existentiam animalculorum, utpote quæ pro nil aliud habent, nisi pro confusa particularum spirituosarum commotione, adeo ut nostra sententia illis ridiculus videatur esse mus. Cum vero concedamus, adhibitis Microscopiis imperfectioribus nil posse observari nisi commotio quædam confusa & tamen hoc nos non deterreat, quo minus, eredamus, animalcula tantum in cerebro nostro exi-stere, res paulo melius erit indaganda. Anno 1677.  
sel. Leevenhaeck animalcula spermarica primus observavit & derexit. Vide ejusdem continuationem arca-norum Naturæ, epistl. 113. deinde Hartsæcker in ren-tamine Dioptrices anno 1694. it. in suites des Conjectu-res physiques, l. 1. discursu 7. porro Hugensis in Dioptri-

P. 2

ca,

ea, prop. 49. it. Andry, Med. Paris. in tr. la generation des  
 vers dans le corps de l' homme, p. 104. Ill. Bœrbaeve in Inst.  
 Med. §. 673. Et cel. Læberus Præceptor meus honoratissimus,  
 qui quoque illa vidit: Beatus vero Rudiger in  
 der Gegen-Meinung vom Wesen der Seele p. 329. n.  
 (g. 17.) ita sentit: Von der Existenz dieser animalculorum  
 zweifeln zwar einige Gelehrte: aber sie haben entweder  
 auf einem Jahrmarkt nur eine Brille gekauft/ und das se-  
 men animalium dadurch betrachtet, oder wosfern sie ein  
 rechtschaffen Microscopium gehabt/ so haben sie es nicht  
 zu gebrauchen gewußt &c. Cum vero Ill. Wolfius tan-  
 quam Observator accuratissimus ea etiam statuat,  
 quem adeo adversarii ipsius laudant in der Vorrede des  
 bescheidenen Beweises, dicentes: Man hält ihn vor ei-  
 nen geschickten Mathematicum, glaubet auch/ daß er in der  
 Physic vieles eingesehen/ placuit quædam verba ex rom.  
 3. Phys. experim. germ. ad confirmandam nostram senti-  
 tentiam transcribere, quæ ita sonant §. 99. Ich habe  
 in einer so wichtigen Sache auch gerne mit eigenen Augen  
 sehen wollen/ und zu dem Ende gleichfalls den männlichen  
 Saamen durch das Vergrößerungs-Glas betrachtet/ wo  
 sich eine Gelegenheit dazu ereignet, da es ohne Anstoß hat  
 geschehen können/ und die Sache nicht anders als Leuven-  
 hœck, Hartsoecker, Hugenius, und andere berühmte Na-  
 tur-Kundiger gefunden/ auch diese anmuthige Thierlein nicht  
 ohne Vergnügen andern gezeigt/ unter denen ich jetzt bloß  
 den Herrn Thümmlig anführen will/ der nicht weniger Ges-  
 chicklichkeit als Begierde die Natur tiefer zu erforschen bis-  
 her durch verschiedene Proben verständigen überflüßig bezeu-  
 get.

B 3

get. Weil ohnedem die eigentliche Maniere, wie man sie observirt, noch keiner beschrieben; so will ich/ wie bey den vorigen Observationen/ aussühelich anzeigen/ wie ich in dieser Sache verfahren. Ich habe dazu am bequemsten gefunden unter densjenigen Vergrösserungs-Gläsern/ die ich besitze das Muschenbrockische Vergrösserungs-Kuglein/ §. 76. welches das kleinste ohne eines ist. Denn unerachtet das allerkleinste noch mehr vergrössert, und man daher vermeinen sollte/ es werdest sich zu Betrachtung einer so kleinen Sache noch besser schicken als andere/ welches viel weniger vergrössert; so habe ich doch an dasselbe den Saamen nicht nahe gnung bringen können/ daß ich etwas darinnen deutlich erblickt hätte/ das aber/ welches auf das lezte ohne eines rückwärts folgt/ hat die Thierlein nicht gnug vergrössert/ daß ich sie dadurch wäre ansichtig worden. Anfangs kleibete ich ein dünnes Blätelein von Frauen-Glase auf den rundten Ring des Muschenbrockischen Vergrösserungs-Glaes, §. 75. und strich ein wenig Saamen daran. Ich stellte es an das kleine Muschenbrockische Vergrösserungs-Glas/ bis ich den Saamen deutlich sahe. Nun erblickte ich zwar darinnen solche Thierlein/ dergleichen vorhin beschrieben worden: allein/ weil der Saamen bald eintrocknete, so starben auch die Thierlein/ und konnte man sie nicht anders als todt sehen. Derowegen nahm ich ein subtiles Haar-Röhrlein und steckte es in das Tröpflein Saamen/ welches ich hatte; so zog sich etwas davon hinein/ oder/ wenn es zu dicke war/ saugete ich ein wenig/ daß sich etwas davon hinein zog. Von diesem Röhrlein brach ich ein kleines Stücklein ab/ wo sich der Saamen hinein gezogen hatte/ und drückte es an Wachs/ welches ich an das Vergrösserungs-Gläslein geklebt hatte/ dergestalt/

stalt / daß das Röhrlein das Küglein berührte. So wenig man davon überschien kan / so zeigte sich doch eine grosse Anzahl derselben Thierlein / die sich sehr schnelle hin und wieder bewegeten. Eines bewegte sich schräge durch die Röhre herauf / das andere wieder ihm entgegen. Einige kehrten auch auf ihrem Wege um / und giengen zurücke. Ihre Bewegung lässt sehr seltsam : indem sie den Leib beständig herüber und hinüber bewegen , wenn sie fortgehen , nicht anders als wenn sie mit dem Hintertheile ruderken. Sie bezeugeten sich sonderlich mutig / wenn die Sonne auf das Röhrlein schien / und unterweilen sahe man / daß ihnen unten am Bauch etwas von dicken Saamen anklubete / so sie mit sich fortschleppten. Ich habe wohl fleißig darauf acht gegeben , ob ich nicht von ihren Gliedmassen etwas deutlich erkennen möchte allein / es ist in diesem Stücke meine Bemühung vergebens gewesen. Et hæc sufficient, pro confirmanda nostra sententia.

## §. VI.

Nihil fit sine ratione sufficiente. Demonstrationem dedit Ill. Wolffius in Ont. & Clar. Carpolius in Dissert. de Rationis sufficientis principio , hab. Jenæ 1725. nec non in Vindictis Hujus principii contra Cel. Feuerlinnum , Prof. Altorf.

## §. VII.

Cum nihil fit sine ratione sufficiente per §. 6. sequitur & animalcula spermatica sine ratione non adesse, quorum primam adeo originem nunc paulisper investigabimus.

## §. VIII.

## §. VIII.

Dum animalcula spermatica in semine sunt per §. 5. & vivunt, per §. 5. non extra illud, per §. 5. & Wolffii Phys. Experiment. passim; necesse est, ut aut dum semen ex sanguine secernitur, per §. 5. una cum semine ex sanguine veniant in testiculos, ex testiculis in Epydidimides, ex Epydidimibus in vasa deferentia, ex vasis deferentibus, in vesiculos seminales, ex vesiculis seminalibus in oculos Capitis galli gallinacei ex oculis Capitis galli gallinacei in urethram penis, ex urethra penis denique in coitu futuro in ipsum uterus; aut si hoc non est, ut ibi jam præexistant, & per semen secretum accedens tanquam fluidum suum vivificantur. Tertium enim non datur. Hic videmus in Exemplo usum singularem Syllogismorum disjunctivorum, quem quoque in sequentibus uberioris observabimus. Conf. Wolffii Log. lat. part. 1. sect. 4. c. 3. de Syllog. compositis, §. 416. seqq.

## §. IX.

Si systema involutionis assumere vellemus, facile nos expedire possemus, in quod posterius §. 8. resolvitur. Systema vero involutionis ita explicatur, quod omnia animalcula spermatica a primo rerum principio, licet minori semper forma jam fuerint intra se invicem contenta & successu temporis demum evolvantur, ita, ut e. g. animalculum spermaticum in semine Adami, ex quo filius Sethus generandus erat, jam in se continuerit, sed minori forma, ea, ex quibus nepotes Adami debuere generari, & hæc rursus minori forma

ca

ea, ex quibus ejus Pronepotes, & hæc, ex quibus Abnepotes, & sic in infinitum. Ast dum se habet animalculum spermaticum ad granum arenæ ut I - 100000. Conf. Leeuvenbaek in continuatione arcanorum Naturæ, Epist. 113. corpus Adami constituehdum; minimâ proportio animalculi spermatici ad corpus Adami facile intelligitur. Dubium quoque non est, quin animalculum, ex quo nepos fieri debet, eandem proportionem habeat ad id, ex quo filius, & id, ex quo Pronepos, eandem ad id, ex quo nepos, & ita porro, quæ omnia tamen fuerunt intra se invicem contenta. Verum enim vero, et si apud nos non moris sit, ut omnia mox, si non concipere possimus, quomodo fiant pro rebus absurdis declaremus; tamen putamus, verendum, si in mira subtilitate ita progrediemur, ne nimis cito perveniamus ad simplicia, nec amplius divisibilia, præsertim, si longa series posterorum Adami consideretur. Ens simplex non habet partes. Demonstrationem dedit Wolfius Met. germ. §. 118. 119.

## §. X.

Quoniam Ens simplex non habet partes, per §. 9. facile concipiendum, quod secundum systema involutionis per §. 9. animalcula spermatica tandem intentia simplicia evaderent ad generationem hominum inutilia.

## §. XI.

Cum igitur systema involutionis per §. 9. nequeat admitti, manet prius per §. 8. nempe, quod animalcula spermatica cum semine ex sanguine

C

ne

ne secernantur, & ita in testes &c. usque in vesiculos seminales veniant.

## S. XII.

Si animalcula spermatica in sanguine sunt, antequam veniant in semen, sanguis autem partim ex chyllo oritur, qui ex cibo, potu, liquore gastrico, &c. conficitur, partim in pulmonibus aeris halitu permiscetur, conf. *Wolfi Phys. Experimentalem* necesse est, ut partim per cibos & potum, partim per halitum corpus intrent, tanquam ovula minutissima: Nam quomodo tanquam corpuscula organica, conf. *Leuwenhoek in cont. arcanorum Naturae epist. 113.* ex corporis humani fluidis, tanquam inorganicis, naturaliter oriendi debeant, conceptibile non est; siigitur per cibos, potum & halitum corpus intrant, in aere, aqua, terra, debent praexistere. Ast, quia extra semen non vivunt, per §. 5. necesse est, ut antequam in semen veniant, corpuscula adhuc imperfectiora attamen organica gerant, & hinc animae eorum etiam tanquam mutationibus in corpore obvenientibus, convenientes, obscuriores adhuc repræsentationes habeant; ipsa vero in semine demum vere vivificantur. Repræsentatio nobis dicitur obscura, si non entia totalia a se invicem distinguimus, clara, si id sit. Hinc notio obscura non sufficit ad rem oblatam de nro iterum agnoscendam, clara autem ad id sufficit. Observatum autem discriminem in varietate rerum claritatem, defectus vero ejus obscuritatem constituit. Quo melius autem ens unum ab altero distinguere incipimus, eo clarior sit nostra repræsentatio. Repræ-

sen-

sentatio autem clara distincta dicitur si & partes sive notas rei seorsim discernere & hinc assignare possumus, sin minus, audit confusa. Ergo in confusa representatione tamen ens totale unum ab altero possumus discernere, ex claritate perceptionum partialium autem oritur distincta & quo ulterius partes partium, vel notas notarum a se invicem distinguere possumus, eo magis distincta est perceptio, distinctissima vero in solum Deum cadit, utpote qui solum omnia possibilia sibi accurate representare valet. Conf. Met. Germ. Wolf. Hoc ut eo melius nobis concipere possumus, sequentes lineæ totam rem aliqualiter illustrabunt:

*Gradus representationum:*

*Repræsentatio distinctissima.*

*Repræsentatio distincta.*

*Repræsentatio clara.*

*Repræsentatio obscura.*

Dum anima hominis primo post partum tempore actu non habet, nisi claras representationes & mediante exercitatione & usu linguae dein ad distinctas pervenit, & in his semper ad majorem gradum accidentalem quod docet experientia, exemplo ejus est evidens: in se impossibile non esse, quin ens simplex mediante gradibus accidentalibus superioribus & inferioribus, ex gradu essentiali inferiore quodam in superiorem transeat, si nempe debitam dispositionem linguae habeat, licet gradum supremum nequeat obtinere per §. II. Conf. Bulfingeri Diluc. §. 410.

C 2

§. XIII.

Brutis animalibus competit animæ per principia Metaphysica hinc omnino animalcula spermatica animalibus sunt instruta, i.e. entibus simplicibus, vi repræsentativa universi pro situ corporis sui præditis, confi. *Met. Wolf.* sed quia minutissima & admodum imperfæcta sunt corpora ipsorum per §. 5. conf. *Leenvenhoeck in cont. areanorum naturæ epist. 113.* ut hinc in organis sensoriis corporum ipsorum paucissimæ accidere queant mutationes; animas etiam ipsorum, utpote mutationibus illis convenientes vel non, obscuras & parum claras mutationes gerere oportet; sunt igitur animæ ipsorum sensitivæ, nondum rationales, nam per modum repræsentandi distinctum anima rationalis a sensitiva dignoscitur per §. 12.

## §. XIV.

Anima hominis in utero & paulo post nativitatem claras tantum repræsentationes habet & dein distinctas, adeoque pertinet ad classem 2. & 3. cum anima animalculi spermatici sit ex 1. vel 2. per §. 12. Dum autem transitus entis simplicis ex classe inferiore vel a gradu essentiali inferiore ad superiorem est possibilis per §. II. 12. fieri potest, ut veluti corpus animalculi transformatum & perfectius redditum, constituit corpus hominis, ita anima propter harmoniam cum corpore simul suo modo perfectior redditæ, & ad majorem repræsentandi gradum essentialiem evecta, constituat animam humanam, adeoque anima sensitiva fiat rationalis. Quomodo autem evectio illa naturaliter fieri queat, explicat *Ill. Leibnitius in Theod.* §. 397. quod animæ folæ

solæ animalculorum spermaticorum ad naturam humanaam aliquando constituendam destinatorum, potentia jam involvant rationem aliquam apparitaram, adeoque essentialiter a reliquis differant, quod summis Dei attributis non adversatur, unde corpori convenienter per gradus accidentales ab inferiori essentiali possint ad superiorem transcendere per §. 12.13.

## S. XV.

Videtur forsitan, hac ratione omnium brutorum animas in humanas posse converti, sed negatur consequentia, quoniam non omnes brutorum animæ involunt potentia rationem, de talibus autem id tantum assirimus. Videtur etiam hac ratione innumeras hominum animas in qualibet generatione, vel coitu, vel pollutione nocturna, vel etiam quandoquidem manu stupratiōne interire, quia tunc innumera pereant animalcula spermatica, animam rationalem involventia per §. ant. sed etsi concedatur, in illis actibus innumera animalcula perire, tamen negatur illa actu habere, nisi animam sensitivam eamque admodum imperfectam per §. 12. unde si tale animalculum moritur & ita pereat, pariter se res habet ac cum anima alterius bruti, quod mastatur, & quia homo legere naturæ ad conservationem vitæ sanitatis rerumque suarum obligatur §. 437. 447. 521. Mor. Wolf. Jus quoque habet carnem brutorum vescendi & hinc brutum cibi causa mastandi, lana vel pelle eorum ad corpus tegendum utendi, &c. Pereunt itaque bruta, & etsi eorum animæ perdant representationes in morte, tamen destrui nequeunt utpote quod contradictionem

C 3

invol-

involvit in ente simplici secundum principia Wolfiana Met. Dein probe notandum quod supra dictum §. 14. nimirtm assumsimus ab Illustri Leibnitio: omnes animas animalculorum nec potentialiter animas humanae esse, saltim illas, quæ aliquando animas hominum constituere debuere.

## S. XVI.

Diximus §. 12. animalcula per aerem, cibum, potum & halitum debere intrare corpus nostrum, corporiscula adhuc maxime imperfecta, attamen organica gerentia &c. nunc deprehendimus & pueros & mulieres edentes bibentes, halitum aëris trahentes, in quorum corporibus vero minime talia animalcula observantur. Cur igitur non adsunt? An veniant in corpus muliebre, nec ne, an non & corpus puerorum intrent? non dubirandum ex ulla ratione, quod intrent cum admodum subtilia sint, corpora omnium sine discrimine, sed quamvis talia corporiscula organica ad animalcula constituenda apta per cibos potus & halitum in corpora istorum perveniant, non tamen fieri possunt animalcula spermatica, quia secundum observ. Wolfii & Leevenhoeck extra semen virile non vivant. In mulieribus autem non datur semen virile & quis vocabit proprie ovula muliebria in ovariis contenta semen? Nec observamus semen in pueris, quoniam chylus & sanguis ad augmentationem corporis proprii adhuc erat adhibendus, & nondum semini destinandus.

## CAP. II.

## CAPVT II.

*De Animalculorum spermaticorum generatione inter se.*

## §. XVII.

**N**ihil sine ratione fieri per princ. Met. constat. Cum igitur & sine ratione animalcula spermatica adesse nequeant, nobis incumbit ulterius inquirere, in quemnam finem in semine deprehendantur.

## §. XVIII.

Generatio fit mediante semine nec ullum exemplum in contrarium dari potest, adeo ut *Ill. Wolfius* in den vernünftigen Gedanken vom Gebrauch der Theile in Menschen, Thieren und Pflanzen, c. 6. von der Erzeugung der Menschen und Thieren, §. 444. ita scribat: Und also fället die Meinung der Alten weg/ die von den Medicis bis zu Harvæi Zeiten vertheidigt worden/ daß die Frucht durch Vermischung des männlichen und weiblichen Saamens in der Mutter entstünde/ und aus dieser unsymmetrischen Materien darinnen gebildet würde. Unerachtet nun aber gewiß ist/ daß die Frucht aus dem durch den männlichen Saamen fruchtbar gemachten Eyerlein entspringt/ gleichwie wir auch bey den Hühnern finden/ daß die Eyer/ welche eine Henne leget/ nicht eher fruchtbar sind/ als bis sie der Hahn getreten: so ist doch die Frage: was denn eigentlich in dem Eyerlein anzutreffen/ daraus eine Frucht werden kan? Aus einer blossen unsymmetrischen Materie/ die in dem Eye vorhanden/ kan unmöglich die Frucht gebildet werden. Wir kön-

Können es am deutlichsten bey den Vögeln sehn / die durch blosse Wärme ihre Eyer aussbrüten, denn daß die Vögel in Ausbrüten weiter nichts thun / als daß sie das Eye warm erhalten/ bezeuget augenscheinlich der Versuch/ den man zuerst in Engelland angestellet / nach diesem ein gelchter Medicus in Leipzig/ D. Lange, wiederhöhlet, Da man nehmlich ein Hühner-Ey über einer Lampe ausgebrütet. Die Lampe giebt ihm nichts mehr als Wärme. Derowegen weil sie die Stelle der Henne vertreten kan / so kan auch diese nichts weiter dabey thun/ als daß sie es erwärmet. Blosse Wärme kan aus einer unsförmigen Materie keinen Körper hervor bringen/ der aus so vielen Gliedmassen zusammen gesetzet ist. Denn die Wärme bringet blos eine unordentliche Bewegung untereinander hervor. Derowegen muß etwas aus Gliedmassen zusammen gesetztes schon in kleinen vorhanden seyn / das blos von der im Eye vorhandenen Nahrung erwachsen darf/ und da ein Ey nicht fruchtbar ist/ es habe denn der Hahn die Henne getreten / muß dasselbe durch den männlichen Saamen hinein gebracht werden. Da nun darinnen eine grosse Menge Thierlein vorhanden sind/ §. 99. T. III. Exper. so findet man etwas dergleichen in ihm, was man dazu nöthig hat/ daß ein Eyerlein fruchtbar wird. *Malpighius de ovo incubato*, der die ungebrüteten Eyer mit Fleiß betrachtet/ so wohl die fruchtbaren als unsfruchtbaren, hat zwischen beiden eben diesen Unterschied gefunden/ daß er in jenen mitten darinnen wie ein aschenfarbigtes Säcklein gesehen / darinnen er eine kleine Frucht erblicket/ in diesen aber so etwas nicht angetroffen. Er hat auch die Frucht in kleinen abgemahlet/ wie sie zuerst zum Vorschein kommt, und diese kommt übereiu mit der Figur der Saamen-Thierlein / wie sie Leuvenhoek abgebil-

gebilbet ic. Cum vero in semine multa millia animalculorum reperiantur, oritur quæstio curiosa: Annon tota natura rerum ejusmodi corpusculis organicis ad animalcula spermatica constituenda aptis, deberet esse referta? quod videtur inconveniens.

## §. XIX.

Propagatio sobolis fit per generationem per experientiam in omnibus animalibus. Quis igitur dubitabit, quod & animalcula spermatica generent inter se, & quod parviti corporis ipsorum tempus gestationis omnino proportionatum sit, quemadmodum in omni insectorum specie deprehendimus, ita ut per novas generationes adeo multiplicari possint, dummodo quædam antea ex semine advenerint, ut non desint ad finem matrimonii rite perficiendum.

## §. XX.

Nemo hic a nobis expectabit accuratam generationis animalculorum spermaticorum demonstracionem, cum libenter fateamur, nec nos nec alios hoc præstare posse deficiente autopsia, sed secundum regulas logicas saltim a similitudine aliorum animantium concludendum esse ad horum similitudinem.

## §. XXI.

In semine brutorum etiam reperiuntur animalcula spermatica. Conf. Leuvenhoek in continuat: arc. nature & alios. Hinc non dubitandum, foetus eorum etiam ex illis oriri, bruta autem eodem modo animalcula spermatica accipiunt, quo homo, §. 12. C. I. sed oritur quæstio vexatissima: Utrum animalcula spermatica, dum adhuc in aere, aqua, terra, existunt, omnia

D

sint

sint eadem, an potius diversa? Verum si eadem sint, non appareat ratio sufficiens, cur ex eodem corpusculo organico & animalculo in hominem transeunte, homo, in bovem bos, in canem canis, in avem avis oritur. Nec enim ex imaginatione matris tantus & tam constans effectus deduci posse videtur, nec quomodo in semine virili structura corpusculi mutetur, ut homo inde oriatur, appetat. Si vero diversa sint, aut omnis generis animalcula, transeunt in quodlibet animal vivum aut in quamlibet animalium speciem talia animalcula tantum, quae ad speciem hanc multiplicandam apta sunt. Si prius, non appareat ratio, cur homo tantum hominem, nec etiam bovem, canem, avem, &c. generet? posterius impossibile videtur esse inde, si quidem, si talia animalcula in cibo, potu & halitu existant, fieri non potest, quin quodlibet animal omnis generis animalcula accipiat.

## §. XXII.

Omnia hæc dubia per systema involutionis §. 9.  
**c. I.** facile evitari posse videntur sed quoniam sistema  
 hoc nequit admitti, §. 9. c. I. & propter principium in-  
 discernibilium non dantur perfecte similia in universo,  
 & hinc sine dubio semen cuiuslibet animalis a se-  
 mine alterius certa quadam qualitate differt, uti caro  
 etiam differt animalium, licet eodem cibo vescientium;  
 his dubiis optime nos expediemus concedendo, omnia  
 animalcula, antequam in semen veniant, non esse ea-  
 dem, sed differre potius pro diversitate specierum ani-  
 malium, dein, omnis generis animalcula in omnes ani-  
 malium species intrare, sed cur non quocunque ani-  
 mal

mal omnis speciei foetus generet, hanc rationem dando, quod in cuiuslibet animalis semine propter singularem qualitatem ejus, ea tantum vivificantur animalcula, (antea enim vere non vivebant, §. 13. c. I.) quæ ad hanc speciem multiplicandam apta sunt, non vero reliqua. Et per superiora c. I. utique res ita se habere debet.

## §. XXIII.

Dum in aere, aqua, terra existunt corpuscula illa organica minutissima, §. 12. c. I. entibus simplicibus obscure statum eorum sibi representantibus, praedita, & ad animalcula spermatica constituenda apta, neutriquam autem quomodo ex elementis illis ut vulgo vocant, naturaliter oriri possint, explicabile sit, nec Deus hodie ea creet amplius, a novis creationibus quiescens, Genes. II. cap. v. 2. quid quæsto aliud superest, nisi ut originem illorum a prima creatione Creatoris repetamus. Alia enim non datur via. Et sic etiam corporis & animæ nostræ origo ulterior melius intelligitur, & quæ forsitan adhuc paululum obscura esse videntur, in seqq. §. §. magis dilucidæ redduntur.

## §. XXIV.

Nec est, cur dicamus, principiis Theologicis Theoriam nostram adversari, si saltim Theologos ratione praeditos spectemus. Nam si servator mundi tanquam alias homo voluit nasci, quod demonstratur per princ. theol. nec tamen per semen virile, adeo ut hic supernaturale quid observemus, quoniam illud supernaturale audit, quod quidem fit, sed non secundum leges naturæ præscriptæ, Ergo miraculum, facile Deus

D 2

mirac-

mirabili modo animalculum tanquam stamen in ovulo B. Mariæ producere potuit si de possibilitate quadam entis omnes perfectiones compossibilis in summo gradu habentis sermo sit. Et sic miraculum maioris est momenti, quam si ovulum tantum comovisset, & in ovulo contentum & fictum stamen, quod tamen nemo vidit.

## §. XXV.

Evidem cel. Ruy schium teste Lischvitio in Dissert. de ortu & propagatione hominum olim jam stamen quoddam tanquam minutissimam fibrillam in ovulo apprehendisse dicitur, sed res est creditu per quam difficilis, cum nullus Medicorum, qui tamen doctrinam de staminibus assunxit, fateri velit, se tale quid in ovulo quodam vidisse. Merito igitur & ex hocce cap. theoria nostra alteri præferenda.

## §. XXVI.

Fœtum ex tali animalculo generari patet quoque ex §. 18. hujus cap. ubi verba Ill. Wolfii annotavimus, qui de Malpighio mentionem injectit, illum in cicatricula ovuli gallinacei fœcundati talem delineationem vidisse, qualem Leuvenhoeck in semine gallinaceo observavit.

## §. XXVII.

Objicient forsan alii: si fœtus ex tali animalculo generatur, cui bono sunt tam innumera? §. 5. c. I. aut cur non plures fœtus simul generantur? Nos respondimus: Viam per difficilem esse, dum animalculum per tubam & ovarium usque in ovulum debet penetrare. Hinc tam multa adsunt, ut unum vel alterum saltim in locum debitum perveniat, pariter ac in seminibus arborum. Conf. Wolfi Gedanken von den Würdungen der

N*o*

Natur, IV. Theil, c. 6. §. 445. & quærimus etiam: Cur, si homo generatur ex stamine, dum stamina in ovulo per auram seminalem commoventur, non plures simul generantur? Respondebunt sine dubio: ideo id fieri quoniam omnia ovula eodem tempore non essent matura, quod vero maxime pro nobis militat & in nostra theoria quoque locum obtinet, reliqua autem animalcula sine dubio moriuntur, tanquam animalcula, non tanquam homines §. 14. c. I.

## §. XXVIII.

Objicient alii: Nullam inter corpus animalculi & humanum esse similitudinem, quia homines non habent caudas, quod tamen Observatores contenderent. Nos respondimus: *Esse omnino similitudinem ratione longitudinis, & fieri posse, ut cauda animalculi bifurcetur, & pedes, hominis antea in tunicam quandam communem involutos constituant, & uti fieri solet in transformationibus, aliæ partes deponantur, aliæ excrescant, intra antea latentes.* Nam observamus in insectis quoque, illa varios mutationes pati, exemplo bombycum, & fieri potest, ut in multis rebus animalcula ob exiguitatem non sensibilia reperiantur, ex quibus adeo per transmutationem quandam majora oriuntur, per consequens sensibilia. Vide *Lischvitiij Dissert. de oriu & prop. hominum p. 12. §. 23.* Et *Leuvenhoek in arc. nat. detectis, epist. 71.*

## §. XXIX.

Objicient alii, audientes & legentes in casibus & observationibus Medicin. Helvigii, p. 59. Anno 1672, feminam quandam in pago quodam Beßgendorff dicto &

D 3

prope

prope civitatem Numburgum sito peperisse filiolam post 8. dies aliam filiolam minorem, quæ digiti medii longitudinem non excedebat, rursus parientem, nec non, Anno 896. Virginem stupratam in monte Divi Petri prope civitatem Erfordiam siti, filiolam mortuam, aliam vero tum temporis quoque filiolam gravidam peperisse, hæc phænomena sic interpretantes, quod etiam aura seminalis fœcundare possit stamen contentum in ovulo novi aut recentis infantis vel embryonis quæ ab alia infante in utero matris grava in lumen erat edita. Objicient, inquam hi, quoniam nos, ad explicanda hæcce phænomena contendimus, animalculum gravidum intrasse ovulum: Cur non scipiùs animalculum gravidum intrat ovulum, ut foetus gravidus nascatur? Verum respondimus: et si concedere vellemus stamina & quandoquidem in illis contenta alia, tamen negamus, semen primum pertingere posse alterum stamen, dein hoc nil aliud esset, nisi verum miraculum, quid enim est miraculum, nisi factum, ubi leges naturæ haud correspondent? porro, per experientiam saltim ovula matura imprægnantur in ovario per observationes in canibus aliisque, quas præprimis Nuckius instituit, canis foeminæ a mare compressæ ventrem secans & in ovario duo ova reliquis majora deprehendens, partem illam ovarii ligans & vulnus sarans, post. 20. dies canem denuo secans ibique duos caniculos inveniens, Conf. Wolfi Gedanken von den Würfungen der Natur, §. 442. Infantes autem & embryones in statu naturali carent ovolis, quæ fœcundari possent ab aura seminali. Supposita igitur theoria vulga-

ri

ri hujus phænomeni insoliti ratio alias dari non potest, nisi ut multæ difficultates remaneant, quæ multa quoque generant dubia, ut jam supra §. hocce vidimus. Sed supposita theoria Wolfiana ratio facilis est inventu. Si enim animalcula spermatica ad similitudinem reliquorum animantium sexu differant, & inter se generant, per §. 19. fieri potuit, ut animalculum foemina gravida per sēmen utero & tubæ ingestum intraverit ovulum, &, dum ibi transformatur, simul etiam in hoc contentum minus, sit transformatum. Secundum cel. Andry enim animalculum intrare potest ovulum per valvulam forte ibi, ubi ad natum est ovario, (wie etwa ein Apfель an seinen Stiel gewachsen) & ubi adhuc ordinarie paululum spatiū deprehendimus; aut si mavis, secundum Ill. Boerhaavium per poros ovuli, ubi retineatur, sustentetur, nutriatur, donec umbilico suo ovulo adhærescat, reliquis animalculis, quæ sedem commodam non invenerint, pereuntibus. Idem & adhuc facilius contingere posset, si vera essent, quæ Mart. Nabol. quondam de ovario muliebri in collo uteri constituto, in Dissert. sua, de sterilitate mulierum, §. II. contendit: Dari ovaria in omnibus mulieribus in collo eorum uteri. Sed quoniam ab uno cadavere præternaturali, quod secuit, ad omnia corpora mulierib[us] sine ratione contra experientiam concludit, & insuper Viri incomparabiles Ruyschius & Etmullerus in epistolis mutuis demonstravere uberrime: ova, quæ Nabol in cadavere quodam vult reperiisse, si talia adfuerint, fuisse sub ventanea quibus epistolis hoc commentum est proscriptum, res per se cadit. Inter ea vi-

dimus & ex argumento supra allato, Theoriam nostram alteri iterum præferenda, quia Theoria observationibus debet esse conformis.

§. XXX.

Objicient alii : Si ex animalculo generatur foetus, non illud fieri ex ovulo. Ast expeditus nos, paucis, respondendo : Hæc sibi invicem non contradicere, patrem dare animalculum, matrem ovulum.

§. XXXI.

Objicient alii, interrogando : Quomodo animalculum tam exiguum sine partium suarum distorsione vel dislocatione penetrare posset tubam & membranam ovuli ? Nos respondimus : Hoc, quia nempe corpusculum ejus minimum est, impossibile esse non videri, præfertim si ad dilatationem pororum in æstu venero contingentem reflectamus.

§. XXXII.

Objicient alii : si in solo semine foetus rudimentum esset, frustra sterilitatis culpam in fœminam rejici sole-re. Respondemus : Dari nihilominus causam, ubi fœmina pro sterili habenda, si nimirum nimis obesa, & os uteri exinde comprimatur, ut animalculum pervenire nequeat, aut si propter mucum forsitan in tubis contentum in locum debitum penetrare non possit, aut multas alias ob rationes, quas omnes enarrare tempus vetat, nec institutiratio nec necessitas postulat.

§. XXXIII.

Objicient alii quærentes : Cur animalculum ex una parte ingressum in ovulum, non rursus ex altera egredi solere ? Nos respondemus : Ex mente Andry id valvu-

valvulam impedire, ex mente Boerhaavii coalitus, (das Zusammenziehen) porulorum cessante oestro venereo contingens. §. 28. Nos vero & haec addimus ex nostra mente: Cum animalculum spermaticum, transiens uterum, tubam, ovarium & membranam ovuli maturi, & ingrediens hoc ultimum, in illo humorem aut liquorem contentum ac optime nutrientem inveniat, ratio sufficiens deest, cur rursus egredi debeat, nam magis magisque partes illius post conceptionem secundum observationes Dittre, conf. Act. Erud. Lips. 1706. p. 265. Buffier, conf. Act. Erud. suppl. tom. 3. sect. 1. p. 45. Reyschii in Thes. Anat. p. 29. 30. Schurigii in spermatol. c. 4. §. 7. p. 170. seq. Harvæi, Leuvenhoekii, Nuckii, Littré, conf. Memoires de l' Academie royale des sciences, p. 280. Regneri de Graaf, Gælickii, aliorumque multorum, Conf. Exerc. Francof. exercit. I. §. 16. p. 29. Sensim sensimque majores fiunt, & in partes hominis mutantur. Quoniam vero in ovulo nil aliud nisi hunc liquorem deprehendimus, aliter etiam concluderenon possumus, quam quod ille sit causa nutritionis & augmentationis in animalculo, donec aptum sit, in utero per funiculum umbilicalem sanguinem maternum assumere, quod antea in semine virili factum non erat.

## §. XXXIV.

Objicient denique alii, & interrogabunt: Quid separare oyulum imprægnatum ab ovario debere? Nos iterum interrogamus: Quid separat oyulum imprægnatum ab ovario in Theoria de staminibus? Differentes respondent omnino: Propria ipsius gravitas. Et nos: Ergo & illud etiam in nostra Theoria sine dubio locum obtinet. E

## §. XXXV.

## §. XXXV.

Hippocrates ex dextro testiculo mares ex sinistro foeminas generari sibi persuasit, sed obstat experientia eorum, qui unum tantum altero perduto gesserunt testiculum, dein quoque, quoniam foetus generatur ex animalculo, C. I. haec vero sine dubio sexu differunt, §. 19. unde apparet, cur nascatur & formatur mas vel foemina, & quia nec in potestate patris generantis nec matris concipientis positum est ut animalculum mas vel foemina ovulum intret, ars etiam filium potius quam filiam aut vice versa generandi est nulla.

## §. XXXVI.

Cum vero in conceptione aliquid organici debeat praexistere, ex quo formetur foetus, C. I. fallit sententia 1. veterum, qui ex sola commixtione seminis masculini in uterum projecti & foeminini ex ovario in uterum fluentes, (quod nec fieri potest,) foetum oriri sibi persuadebant. 2. Eorum, qui ex semine utero tanquam typo infuso & ad figuram ejus solidescente oriri foetum docent, quod eam ob causam etiam admitti nequit, quia foetus qua partes externas internaque figuram uteri non habet, 3. Chymicorum, qui vel ex fermentatione seminis virilis, quod pro acido habent, & muliebris, quod alcali dicunt esse, vel ex coagulatione seminis & liquoris in ovulo contenti dicunt oriri foetum, ad quos pertinet Connor in Evangelio Medici.

## §. XXXVII.

Chymici multa fingunt. Ad confirmandam nostram propositionem videbimus in exemplo, veritati non adversari, sed potius consentaneam esse. Ex hac etenus

Etens enim dictis appetet pro fictitiis habenda, quæ nonnulli Chymicorum de homunculis chymicis narrant, dum hominem etiam oriri posse credunt, vel si semen maris & fœminæ phiolæ inditum fimo equino cooperiatur, & dein foetus sanguine menstruo nutritur, vel si ovulum fœmininum vitro chymico supponatur, lentoque calore & sanguine humano alatur foetus Conf. Garmanni *Homo ex ovo*, §. 41. p. 21. Prius enim oppido absurdum, quia mulieres carent semine & sanguis teste experientia putrescit extra corpus humanum. In posteriori casu vero etiamsi ovulum imprægnatum supponatur vitro chymico, non poterit tamen foetus nutrimentum habere conveniens per funiculum umbilicalem, quod ipsum etiam in priori casu locum habet. Nec est, quod ad veterum ægyptiorum pullitatem in furno quodam moderate calido contingentem, provocent, quoniam aves ex solo ovo nutrimentum sumunt, foetus humani non. Addimus & hoc, si hæc veritati consentanea essent Deus utrique sexui membra genitalia frustra dedisset, quod tamen nemo contendit. Conf. Theophrastus Paracelsus *de natura rerum collato Röfinckio*, primo Anatomico Jenensi, de partibus genitalibus urriusque sexus, part. 2. c. 45. p. 198. & Freytag in noctibus Med. c. 47. p. 225.

## CAPVT III.

*De usu & fine animalculorum spermaticorum, qui consistit in generatione hominum atque brutorum.*

E 2

§. XXXVIII:

## §. XXXVIII.

**N**unc demum, quomodo fiat conceptio potest intelligi: nimirum, 1. semen infunditur utero & tubæ, in coitu recte instituto & si penis debitam longitudinem habet, nec alia obstent ex parte mulieris, quin coitus recte institui possit, secundum Verheyn, qui in vaccæ utero post coitum magnam seminis copiam deprehendit. Conf. *Wolfii Gedanken von den Wirkungen der Natur*, §. 440. & Leuvenhock, in utero cuniculi post coitum dissecti magnam animalculorum spermaticorum copiam deprehendens, quæ non potuissent adesse, nisi semen ipsum in uterum fuisset immisum, & Ruyschii, qui dum uterum foeminæ statim post coitum a stupratore necatae dissecuit, magnam in eo seminis virilis copiam usque in tubam fallopiam profluentem perspexit. Cont. Thummigii versuche einer gründlichen Erläuterung der merkwürdigsten Begebenheiten in der Natur, viertes Stück. Obs. 6. §. 3. Cum semine vero infunduntur simul animalcula, tanquam vehiculo. 2. Dum id per lenem uteri calorem in subtilem vaporem solvit, ad tubas animalculum adscendit, & per tubam & ovarium in ovulum, in quod per subtilitatem suam facile penetrare potest, §. 30. alia enim non datur via. 3. Quo facto animalculum transformari & augmentari incipit, unde etiam ipsum ovulum majus fieri debet per expansionem membranæ ejusdem. 4. Majus factum per proprium pondus ab ovario solvit, & cadit in tubam. §. 33. Conf. *Verheyn in suppl. Anat. tr. 5. c. 4. p. 317. seq. & c. 6. p. 323. seq.* 5. Crescendo paulatim propellitur usque in uterum

rum, quod post aliquot dies contingit. 6. In utero in principio liberum jacens paulatim per subtilem fibrillas eidem annexitur, quo facto foemina concepsisse dicitur. Conceptio Ergo incipit in ovulo, & perficitur in utero. Hæc omnia vero non indigent ulteriori probatione, nam per Avtopsian unusquisque, si occasio adest, potest convinci.

### §. XXXIX.

Postquam ovulum utero est annexum, sanguis menstruus in corpore foeminae abundans per subtilia connexionis vas ex utero in ovulum transit, ubi ad augmentationem foetus adhibetur. Cessat igitur ulterius effluere. Sed quia non omnis statim ad hunc usum necessarius, interdum foemina, quæ jam concepit, adhuc licet copia minori laborat menstruo, ast nimius sanguis, qui in corpore matris remanet, partim varias mutationes, e. g. vomitus, tædia a cibis, appetitus insolitos varios, ventris turgescentiam, &c. solet excitare, partim post aliquot menses intrare mæmas & lac producere. Conf. Tenzels Monathliche Gespräche, de uxore grida cujusdam Professoris, quæ in graviditate tanta voluptate capta erat, ut vas quoddam multis ovis repletum in faciem mariti injecerit, quod ille insigni magnitudine animi toleravit. De omnibus vero his plura vide in Alberti *Dissert. de termino animationis foetus*, c. 4. §. 3. p. 70.

### §. XL.

Ex his signa conceptionis factæ, licet seorsim sumta, ut plerumque fieri solet, nec non quando de signis virginitatis sermo est, sœpe fallacia, possunt colligi, quæ

E 3

sunt:

sunt: 1) si foemina post coitum semen non rursus emit-  
tat; sed quia ad conceptionem amplius quid requiritur  
per antecedentia passim, hoc signum certum non est.  
2) Si foemina in coitu æstu venereo quasi flagret. In  
hoc enim vasa foeminæ interna eo melius aperiri pro-  
pter vehementiorem commotionem credibile est, ut  
semen & animalculum melius possit in locum debitum  
penetrare, §. 28. 32. Sed interdum foeminæ sine tali  
æstu concipere possunt, interdum tamen non concipi-  
unt propter impedimentum quoddam, §. 31. 3) Si fe-  
mina vomitus, tædia a cibis, vel appetitus insolitos ex-  
periatur, §. 38. sed hæc phænomena ex alio morbo, e.g.  
ardore ventriculi, dolore capitis, retentione mensium,  
furore uterino, cachexia, cacochymia, leucophlegma-  
tia, &c. dependere possunt. 4) Si pulsus arteriarum per  
majorem sanguinis copiam sit vehementior. §. 38. Ve-  
rum hoc quoque a morbo quodam, e. g. febre, potest  
oriri. 5) Si menstruum cesset, & hinc venter turgescat,  
§. 38. sed ex aliis causis, tam in solidis quam fluidis cor-  
poris muliebris inveniendis, e. g. ob *obstru*<sup>ctu</sup>, vel clausu-  
ram vaginæ, ob nimiam cohæsionem caruncularum  
myrtiformium per membranam crassam, & imperfo-  
ratam, ob oris uteri interni clausuram, ob defectum de-  
bitæ elasticitatis fibrarum, a defectu fluidi nervi de-  
pendentem, ne resistant distensioni ulteriori, ob sanguin-  
em nimis viscosum & crassum, ut per subiles porulos  
penetrare nequeat, &c. Conf. Schurigius de congressibus mu-  
liebribus, sed. 2. c. 2. §. 14. menstruum potest esse obstru-  
ctum. 6) Si arteriæ pedum turgeant in plethoricis pro-  
pter copiam sanguinis. Sed obstructio mensium ex alia  
causa

causa potest etiam hunc effectum producere. 7) Si mammæ indurescant & concipient lac. Sed in veris etiam virginibus lac adesse potest, quin quandoque in maribus teste Schurigio aliisque. 8) Si manus monti veneris & ventri imposita, sentiat motum internum embryonis. Sed motus talis ex flatibus etiam potest dependere, adeo ut quandoquidem, si hoc signum certum esset, & mares pro gravidis habendi. Quando vero omnia hæc signa vel plurima concurrunt, tunc de facta conceptione probabilitas adest maxima. Obiter hic annotamus, in casu simili, si quæstio de signis virginitatis in medium proferenda, idem habere locum, si signa conjunctim, saltim plurima sumantur. Sed tunc probe ad distinctionem *Verbeyni in Anat. tract. 2. c. 32.* est reflextendum, qui inter virginitatem materialem & formalem distinguit, & hanc absolutam congressus masculini negationem in muliere, licet genitalia dilatata essent, quod sine coitu fieri posset ex aliis causis, e. g. morbo quodam, seu natura, dicit, illam naturalem, (ut excludatur artificialis defloratarum) Conf. Venette p. 94. coangustationem orificii vaginæ, propter quam membrum virile, licet debite proportionatum, non nisi difficulter & cum dolore intromittitur, adeo ut exinde pateat, virginitatem formalem esse posse sine materiali.

## S. XLI.

Usus præsentis doctrinæ triplex est & valde utilis :  
 1. ne gravidas per alvum purgemus & exinde ad abortum quid conferamus, quemadmodum in sorore Hippocratis ab ipso factum est, & nostris temporibus adhuc quotidie accidit ab omnibus imperitis empyricis. 2.  
 ne

ne foeminas ad patres mittamus, quæ forsan saltim ob-  
structione mensium laborant, quas tamen nos pro gra-  
vidis habemus & ex hoc cap. medicamina denegamus  
nec opem attulimus. 3. ne statim ex cathedra ecclesia-  
stica preces ad Deum faciamus pro gravidarum felici  
partu, quemadmodum in locis & civitatibus plerisque  
moris est, sed etiam multoties, quod diu partum seu ex-  
clusionem foetus expectantes, dicant: Parturiunt mon-  
tes, nascetur ridiculus mus, quod adhuc meliori acumi-  
ne dicere possunt, si excernantur molæ, de quibus  
infra.

## §. XLII.

Dum ad conceptionem necesse est, ut semen in  
uterum & tubam defluat & animalculum veniat in ova-  
lum per tubam, §. 32. conceptio foeminæ promove-  
tur, I. tali situ foeminæ in coitu ut corpus sit paulo  
elevatum, sic enim melius defluit in profunditatem ute-  
ri & tubæ ob propriam suam gravitatem: 2. per  
actiones, & ea quibus æstus venereus ante coitum ex-  
citatur, e. g. deliciosam comedionem, objectum ama-  
bile, titillationem, &c. sic enim vasa melius aperta fa-  
ciliorem transitum concedunt animalculo, §. 32. calor  
enim & æstus expandit poros & vasa totius corporis,  
frigus e contrario ea constringit per experientiam.

## §. XLIII.

Dum igitur Generatio non fit, nisi ex semine viri-  
li, quod ex sanguine debet esse præparatum, spiritibus au-  
tem tale non competit, seu in se considerentur, seu qua-  
tenus forsan in forma aliqua homini conspiciendos se  
præbent, & subtile corpus quoddam assumunt dubium

non

non est, quin, quæ de incubis, i. e. spiritibus in forma humana virili cum foeminis coeuntibus & eas imprægnantibus, & succubis, i. e. spiritibus, in forma muliebri a maribus imprægnatis, enarrantur, pro fabulis sint habenda. Quin potius, quæ de illis narrantur, esse speciem morbi, vulgo der. Alp/ die Alp-Krankheit/ dicti, spirationem & vocem interrumpentis, & ex temporeamento melancholico-sanguineo orti, docent Medicis recentiores & experientia consentit.

## S. XLIV.

Fœmina, quæ concepit, dicitur gravida, seu prægnans. Qui autem illam gravidam reddit dicitur eam imprægnare. Imprægnatio fœminæ gravidæ dicitur superfoetatio. Dum fœmina concepit, ovulum imprægnatum vel est adhuc in ovario, vel in tuba, vel in utero secundum obs. Ruyschii, Nuckii, Leuvenhoekii, Harvæi, aliorum. Dum adhuc in ovario est, nihil impedit, quin ovulum ejusdem ovarii vel ex altero latere novum animalculum per coitum reiteratum possit intrare. Dum in tuba hæret, potest in coitu repetito animalculum per alteram tubam in ovulum se recipere. Dum in utero est, sed totum nondum replet uterus, fieri potest, ut in coitu semèn utero rursus infundatur, & novum animalculum ovulum aliquod occupet. Quia igitur gravida denuo potest gravida reddi, i. e. imprægnari, superfoetationes sunt possibles. Et experientia easdem interdum contigisse, testatur. Conf. die Leipziger Zeitungen von gelehrten Sachen / de anno 1721. & Valdschmidt de superfoetatione falsa. Quodsi vero uterus jam per ovulum de die in diem incre-

F

scen-

scentem magisque adactum repletus sit, & os uteri internum rite clausum, auræ adeo, cur non toti massæ seminali via occluditur? Ergo etiam animalculo. Ergo in hoc casu superfœtatio nequit fieri, cum alias locum quandoque habeat.

## §. XLV.

Finis primarius coitus in procreatione & educatione sobolis consistere debet, & secundarius sine primario fieri nequit per principia philosophica & Theologica, quamvis voluptuosi aliter sentiant. Ast ita *Ill. Wolf.* in den vernünftigen Gedanken vom Gesellschaftlichen Leben der Menschen, I. Theil, c. 2. vom Chestande, §. 17. Weil die Kinder durch den Beyschlaß erzeugt werden, die Natur aber damit eine empfindliche Lust verknüpft/ wedurch so wohl Mann als Weib zum Beyschlasse gereizet werden/ über dieses sich auch bey einem vernünftigen Menschen eine natürliche Neigung befindet/ sein Geschlechte fortzupflanzen/ welche theils aus dem Vergnügen entsteht/ was man an wohlgearteten und gerathenen Kindern hat/ theils aus der Begierde/ sein Andenken in den Nachkommen zu erhalten/ theils damit man jemanden habe, dem man nach seinem Tode das Seinige überläßet/theils aus andern Ursachen/ wie solches alles die Erfahrung zur Gnige bestätigt; so hat die Natur viele Bewegungs-Gründe mit der Erzeugung der Kinder verknüpft/ und verbindet uns demnach dazu. §. 8. Mor. Zu der Lust im Beyschlasse kan man auch die Brust rechnen/ wo durch Menschen und Thiere zum Beyschlasse/ sonderlich jene das erste mahl/ angetrieben werden/ da sie von der Lust/ als einer unbekannten Sache/ noch keinen Begriff haben. Quid igitur de fine secundario coitus sine primario, de coitibus

bus nefandis, onanitico, sodomitico, coitu cum mortuis, cum statuis, de manustupratione &c. statuendum, per se patet, si rite reflectemus principiis Metaphysicis exornati, quæ fundamenta Ethices sunt, & hæc rursus Politices, uti *Illi. Wolfius in præf. libri supra cit.* non sine ratione monuit, quicquid etiam malevoli quidam obganniant. Nos insuper probe animadvertisimus, quæ Vir excellentissimus *libr. cit. c. cit. §. 29.* posuit: Es ist nicht nöthig alle Arten der Geilheit zu erzählen/ massen es besser ist die Laster nicht wissen als erkennen. Wer überhaupt weiß/ was Geilheit ist, und ihre Unzulässigkeit erkennt/ der ist in dem Stande in jedem vorkommenden Falle die Arten der Geilheit zu erkennen/ und zu beurtheilen/ folgends ist keine Gefahr/ dass er aus Unwissenheit in diese Arten der Laster verfallen werde. Hingegen pflegt es wohl zu geschehen/ dass die Erkänntniß dieser Laster die Ursache ist/ warum ein Geiler darein verfällt/ der sie sonst würde unterlassen haben/ wenn er nichts davon gewußt hätte.

S. XLVI.

Dum foetus oritur ex animalculo spermatico præ-existenti organico, inutilis est quæstio: Quæ pars foetus prior altera formetur? Nam omnes jam præexistunt in minima forma & excrescent saltim ad similitudinem papilionum ex erucis transformatarum. Conf. Schwammerdam *l' histoire generale des Insectes.* Res quoque sic se habet cum plantis & earum generatione, uti *Wolf.* demonstravit vom Gebruch der Theile in den Pflanzen. Attamen a veritate alienum non videtur esse, partes corporis maxime necessarias ceteris priores explicari, e.g. cerebrum, cor, quo pertinent quæ de puncto salien-

F 2

te

te seu motu systolico & diastolico cordis tradunt *Harræus de generatione exercit.* 17. *Malpighi de generatione pulilli in ovo p. 5. seqq.* Observamus quoque sæpiissime, quod infantes nascantur sine crinibus & unguibus, quoniam hoc absolute ad vitam non requiritur, sicut ad defensionem ab injuriis ab extra allatis. Historici hic consentiunt, exemplo Ludov. Bavariæ, quod in medium proferunt.

## §. XLVII.

Ex Exemplo erucarum in papiliones transformandarum constat, animalia in transformatione in statu inter vitam & mortem medio versari. Nam quia sine omni commotione membrorum jacent, vita corporis autem ex motu cognoscitur, non possunt pro vivis haberi, attamen nec pro mortuis, quia alias corpora ipsorum deberent putrefieri, quod non sit, si novum prodit animal. Cum igitur animalculum spermaticum in ovulo etiam in hominem transformetur, §. 45. mirum non est, quod illud in principio conceptionis ad medium usque gestationis sine omni motu jaceat, donec facta sit transformatio & membrorum explicatio; quemadmodum si adesset etiam motus, non tamen is posset propter membrorum tenuitatem sentiri.

## §. XLVIII.

Per Observationes Anatomicas foetus humanus in utero involvitur duabus tunicis, amnio, quæ alba, molles, translucens, & paucis venulis & arteriolis donata foetum immediate cingens, unde Galea, das Kleid, die Haube, quod vulgus pro signo ingentis fortunæ sed fine ratione habet. In hujus cavitate continetur liquor amnii

amnii cui innata fœtus, ne in partes aliquas vicinas  
duriores impingat, & ut in partu erupta membrana hu-  
mor exiens viam lubricam & facilem reddat, non vero  
ut fœtus levior reddatur, quemadmodum quidam pu-  
tant, ne mater per pondus infantis tot incommodis  
exposita sit. Sed veritas non consentit, quoniam per  
principia hydrostatica constat: corpus quidem levius  
reddi in aquam immisum, donec iterum retrahitur,  
sed etiam tantum ponderis accrescere aquæ quantum  
corpus solidum amittit, adeo ut fœtus exinde nequeat  
levius redi, per consequens ut usus hic liquoris amnii  
plane cesseret. Dein altera adest tunica Chorion, prior  
amnion immediate cingens ibi præcipue, ubi co-  
hæret placentæ uteri seu hepati uterino, & etsi gemel-  
li in utero essent, tantum unicam placentam deprehen-  
dimus. Placenta hæc vero dicitur rotunda & subrubra  
massa carneæ, alteri tantum, plerumque superiori & an-  
teriori parti uteri connexa, nec totum fœtum cingens,  
innumeris venulis & arteriolis & utrorumque anasto-  
mosibus intertexta, per quam sanguis maternus duci-  
tur in fœtum mediante funiculo umbilicali. In Brutis  
adest 3. tunica Allantois, instar cinguli seu farciminis,  
urinam ab uracho recipiens. In homine hæc non ad-  
est, sed urina per penem vel vulvam emissâ liquori  
amnios permiscetur partu instantे.

## §. XLIX.

Cum Placenta uteri cohæret vena umbilicalis, san-  
guinem ex matre deferens in fœtum per umbilicum,  
& duæ arteriæ umbilicales, sanguinem ex fœtu reve-  
hentes in matrem, id quod facile patet ex colligatione.

F 3

His

His intra foetum connexus est urachus, qui in britis se protendit in tunicam allantoidem, & in illam ducit urinam ex vesica, sed in hominibus ille extra umbilicum non procedit nec perforatus est. Hæc corpora communia tunica involvuntur, & constituant conjunctim funiculum umbilicale, sesqui ulnae longitudinis, per quem foetus est pars corporis materni. Dicitur autem respectu infantis, non matris, vena vel arteria.

Nempe sanguis per venam umbilicalem statim defertur in foetus hepar, & inde per venam cavam in ventriculum cordis dextrum. Ex hoc per anastomosin, seu foramen, quod in pariete utrumque ventriculum dividente, reperitur, immediate transit in ventriculum sinistrum, & hinc in arteriam magnam. Alius sanguis per auriculam abit in arteriam pulmonalem, & ex hac per canalem duobus digitis a basi cordis remotum, transit in arteriam magnam, ex qua per totum corpus defertur; cum e contrario in adultis sanguis per venam cavaam ad dextrum cordis ventriculum & auriculam delatus, transeat per arteriam pulmonalem in pulmones, ex his per venam pulmonalem in sinistrum cordis ventriculum & auriculam, & inde ut ante per arteriam magnam ad totum corpus. Et quoniam in his sanguis aliam habet viam, foramen illud tractu temporis coalescit, canalis autem propter defectum nutrimenti exsiccatur & tandem contabescit. Sanguis autem dicto modo per foetum delatus per duos ramos iliacos revehitur in duas arterias illas umbilicales. §. 48. Conf. Bartholini Tab. Anat. qui omnia, quæ hoc pertinent, egregie delineavit.

§. LI.

## §. LI.

Ratio horum phænomenorum & modus augmentationis, difficilis inventu non est. Animalculum intrat ovulum, & in eo in hominem transformatur, §. 32. c. I. Cum igitur foetus in tunica amnio & chorio inveniatur, §. 47. sine dubio ipsum ovulum hasce tunicas constituit.

## §. LII.

~~HIS~~ Ex Obs. Ruyschii tertia circiter pars ovuli meritis vasculis sanguiferis contexta est. Conf. *Lischviti* *Dissert. de ortu & propagatione hominum*, §. 45. Cum igitur placenta uteri, quæ in utero ad nascitur ovulo, sit tale corpus, §. 47. quod ipsa pars ovuli placentam constituat, dubitandum non est.

## §. LIII.

In ovulo matris jam adest humor albicans. Conf. *Schwimmeri Deliciæ physicæ* in der Frage: Ob Frauen Eyer legen können? p. 45. & *Venette von Erzeugung der Menschen*, p. 406. Dum igitur ex ovulo oriuntur tunicae, §. 50. & in amnio liquor amnii continetur, §. 47. hic ex illo non potest non ortum trahere. Ast quia liquor amnii humorem ovuli copia longe superat, etiam tunc, cum nondum urina foetus auctus est, §. 47. ovulum enim semper crescit, quoniam foetus semper crescit per liquorem optime nutrientem, §. 32. nec tamen via apparet, per quam is in illud deferatur, præcipue quamdiu ab ovario avulsum & utero nondum connexum est ovulum, tunc etiam facilius fieri posset, quemadmodum alii sentiunt, quod liquor amnii per venas & arterias transudando augmentaretur, in priori casu autem non adeo facile fit, utpote nondum connectens cum venis vel arteriis

teriis §. 47. 51. necesse est, ut liquor ille ex humoribus ovarii tubæ vel uteri per poros ovuli vel tunicæ transfeat. Nam observamus, omnia adeo viscera & quoque intestina humida esse, & hoc ipsum in uno subjecto plus, in altero minus. Crescit autem ovulum extendendo & dum novæ particulæ accrescunt. §. 32.

## §. LIV.

Dum animalculum jam explicatur & foetus augmentatur, antequam ovulum per placentam utero accrescat, §. 32. adeoque etiam antequam sanguis maternus in infantem circuletur, id quod ex abortibus etiam patet, de quibus infra; sequitur ipsum liquorem amnii esse primum foetus nutrimentum, unde augmentum capiat, §. 32. sine nutrimento enim non posset augmentari, nec tamén aliud adest, §. 32. Hanc autem nutritiōnem, si a similitudine aliarum nutritionum animantium concludas, per accretionem particularum interiorum potius fit, quam externarum. Cum lapidibus vero res aliter se habet, crescunt enim ab extra, dum particulæ fluidæ cum tartareis mixtæ apponuntur, & sensim sensimque consolidescant, teste experientia quotidiana.

## §. LV.

Animalculum, dum intrat ovulum, in principio in eo liberum jacet, ast foetus ex animalculo ortus dein per funiculum umbilicalem cohæret amnio, i. e. ovulo, §. 47. 51. Ergo necesse est, ut animalculum per subtilissimas fibras intus cavas accrescat ovulo. Pariter necesse est, ut subtilissima vascula sanguifera ovuli, §. 51. cum talibus uteri coalescant, quia alias amnium per placentam non posset utero cohædere.

## §. LVI.

§. LVI. *Postquam hæ accretiones factæ, sanguis maternus in uterum delatus liberum habet in foetum transitum, unde dubium non est, quin ex arteriis matris in foetum pellatur; ac pariter ac in corpore adulto chylosum ejus cedat in foetus nutrimentum. Sed quia sanguis per arterias umbilicales regreditur in matrem, §. 49. sequitur, non omnem impendi in ejus nutrimentum. Et quia foetus jam sanguinem habet, ante ovi cohaesionem & placentæ vasorumque umbilicalium perfectionem, non ex sanguine materno primum sanguinem immediate capit; id quod ex exemplo avium etiam patescit, si eorum ova spectemus.*

## §. LVII.

*Fœtus, in nativitate mortui in ventriculo liquoris amnii partem aliquam gesserunt per observationes Anatomicas, & vivi nati excrementa sæpe deponunt, antequam lacte vel alio nutrimento vescuntur. Hinc dubium non est, quin sicut liquor amnii primum ipsorum nutrimentum est, §. 47. eundem etiam ad nativitatem usque ore in nutrimentum hauriant. Conf. Bobni Progymnasma, progymnasma 2.p.27. Sed liquor ille excepto chylo, utpote qui miscetur sanguini in pulmonibus ut omnes alii liquores in corpore humano e sanguine materno ortum trahit. Ergo sanguis matris & immediate §. 56. & mediante hoc liquore est fœtus nutrimentum.*

## §. LVIII.

*Dum sanguis ex matre transit in fœtum per §. 55. & ad hujus augmentationem non parum confert, §. 55. necessarium est, ut si forte fortuna sanguinis motus extraordinarii in matre per imaginationem vehementiore*

G

REGINA JESU

tem

rem vel affectum oriantur, iidem debeant etiam ad foetum propagari; unde in tenerrimo corpore infantis & in ipsa formatione externa adhuc constituto variae mutationes possunt produci eique imprimi. Et hinc potest intelligi, quomodo fiat, ut infans hujus vel illius formam externam referat, & hoc vel illo signo notatus sit, sc. propter vehementiorem imaginationem matris, & quid faciendum, ut infantes pulchros generemus, scil. mater gravida ab aspectu praeprimis improviso omnis rei foetidæ avocanda, quantum fieri potest, si insoliti quid cum affectu videat, ne tangat corpus suum monenda, & formæ hominum elegantiores, ut diligenter sibi imprimat, ei sunt proponendæ.

## §. LIX.

*Malebranche in tract. de la recherche de la Verité, libr.*

*2. c. 7. art. 3. p.m. 15. Conf. III. Wolfii Gedanken von den Wirkungen der Natur, IV. Theil, von den Pflanzen, Thieren und Menschen, cap. 6. von Erzeugung der Menschen und Thiere und ihrem Leben und Tode, §. 448.* casum singularem refert de foemina gravida, quæ postquam latronis crura a carnifice frangi viderat, peperit infantem pedum & brachiorum crura fracta gerentem. Pariter hic effectus imaginationis maternæ est, siquidem mater, triste spectaculum videns ipsa quasi per vim imaginationis & commiserationis vehementiorem in brachiis cruribusque dolorem sensit, ac si frangerentur, & sanguis ejus hinc extraordinarie commotus & in embryonem propagatus, similes motus in tenerrimis ejusdem membris produxit, unde ossicula ejus mollissima disrupta sunt. Patet exinde a talibus aspectibus etiam arcendas esse gravidas, quemadmodum jam de aliis supra§. ant. diximus.

## §. LX.

De Præstigiis vagabundorum quoque arcendas es-  
se gravidas, ex antecedentibus quisque abunde cognoscet.

S. LXI.

Quando matris anima hoc vel illo affectu com-  
movetur, propter animæ cum corpore harmoniam,  
motus etiam extraordinarius sanguinis & fluidi nervei,  
huic affectui conveniens, in corpore ejus excitatur. Sed  
qualis est motus sanguinis in matre, talis etiam in em-  
bryonem propagatur, §. 58. & hoc modo corpori em-  
bryonis dispositio imprimitur, tales motus facile repro-  
ducendi. Cum corpore embryonis anima ejus in har-  
monia vel commercio est, ergo quales affectus anima  
matris experitur, tales etiam licet obscurius in anima  
infantis producuntur, adeoque huic simul dispositio im-  
primitur, tales affectus facile reproducendi. Sed disposi-  
tio hominis ad certi generis inclinationes affectus &  
motus corporis convenientes facile producendi, dicitur  
temperamentum hominis. Ergo Mater pro condi-  
tione inclinationum & affectuum suorum tempore gra-  
viditatis, temperamentum etiam infanti potest impri-  
mere, adeo ut deinceps infans non tam eam ob causam  
peccet, quia Parentes & alios videt peccare, quam po-  
tius ob connexionem, quam jam habet in utero cum  
matre peccante, §. 48. 49. secundum sacras literas, Ps.  
51. Siehe ich bin aus sündlichen Saamen gezeuget/ und mei-  
ne Mutter hat mich in Sünden empfangen, Et M. Adam  
Bernd von den Quellen und Ursachen des vielen gott-  
losen und sündlichen Lebens, serm. sacro von der Erb-  
Sünde, p. 1087. Die Affecten im Willen sind einem un-

G 2

gestim-

gestümen Meer gleich/ das da tobet und wütet/ und die noch einigermassen vernünftige Seele mag gebieten wie sie will, so ist sie nicht fähig die Sturm-Winde des Gemüthes zu besänftigen. Kein Thier auf dem Felde lauft so blind in sein Unglück/ und zu seinem Untergang/ als ein solcher unwiedergebohrner und unbekührter Mensch/ der doch sonst an der Vernunft einen grossen Vortheil vor den Thieren hat. Das ist eine Sache/ die vor diesem auch die gelehrtesten Heyden bekümmert/ und die sie nicht haben zusammen reimen/ noch die Ursache solcher Blindheit und Unglückseligkeit des Menschen erfinden können; Wie denn die Weisesten unter ihnen/ wenn sie alles wohl erwogen/ einen wiewohl dunkeln und nur wahrscheinlichen Schluss machten/ der Mensch müsse wohl nicht im ersten Zustande seyn, in welchem er anfangs gewesen/ sondern etwan was grosses sich wieder Gott unterfangen haben/ daß er in diesen Zustand nunmehr zur Straffe versetzt worden. *Licet non negemus, peccata Parentum aliorumque exempla multum ad peccata liberorum conferre posse. Ita sentit Ill. Wolfius, & Theologi orthodoxi consentiunt.*

## §. LXII.

Habemus igitur duplificem Temperamenti hominis causam, 1. dispositionem animalculi, ex quo generatur homo per antecedentia & eatenus temperamentum infantis non est in potestate parentum. Attamen hinc potest intelligi, cur temperamentum vel morbus hæreditarius e. g. podagra, phthisis, patris scepe in filium vel filiam transeat, nempe, si animalculum, utpote in semine virili existens, §. 5. ex illo sine dubio nutrimentum capiens, eandem cum patre naturam induat. 2. Statum matris graviditatis tempore, §. 61. acce-

accedit 3. educatio infantis, §. 61. quæ posteriora sunt in parentum potestate. Conf. *Wolfi Gedanken vom Gesellschaftlichen Leben c. 2. vom Ehe-Stande passim, c. 3. von der väterlichen Gesellschaft, quoque passim, c. 4. von der Herrschaftlichen Gesellschaft, quoque passim, & c. 5. vom Hause, quoque passim.*

## 6. LXIII.

Ut igitur laudabilis temperamenti generemus liberos exemplo sinesium, Conf. *Wolfi Orat. de sapientia sinesium, matres gravidæ ab omnibus inclinationibus & affectibus malis avocandæ, in bonis e contrario & laudabilibus sunt exercendæ, quemadmodum ab aspectibus fœtidis &c. arcendæ erant, §. 57. 58. 59. 60.*

## 7. LXIV.

Anima animalculi spermatici fit anima infantis, §. 12. 13. 14. Cum igitur hæc anima jam ante conceptionem in animalculo adsit, evidens est, fœtum etiam a primo, conceptionis momento esse animatum, licet anima in principio sit tantum sensitiva, §. 12. Terminus animationis fœtus dicitur tempus, quo fœtus ante inanimatus accipit animam. Ergo Terminus animationis fœtus est nullus. Error autem multorum, quod fœtus in medio gestationis animam accipiat, inde traxit originem, quia tunc demum fœtus incipiat se movere. Patet exinde quoque non male sentire J Ctos, qui, si foemina forsan abortum promovet, & hoc ipsum ante medium gestationis esset, poenam extraordinariam secundum arbitrium judicis circa penas posuere, post medium gestationis poenam ordinariam. Idem secundum nostra principia obtinet ubi ante medium gestationis, quia tum embryo a forma humana magis re-

G 3

motus

motus, poena extraordinaria, post medium gestationis  
poena ordinaria locum habet, quoniam tunc embryo  
formæ humanæ magis appropinquet. §. 12. §. 46.

## S. LXV.

Tempus partus in homine ordinarie non dies 280.  
a conceptione, quod conficit 40. hebdomades, seu no-  
vem menses solares & 10. dies, 30. diebus mensem so-  
larem constituentibus, sive 10. menses lunares, 28. die-  
bus mensem lunare in conficientibus. Unde merito  
colligitur, ita constitutam naturam esse, ut non possit  
pauciori tempore animalculum in hominem perfectum  
commutari. Hinc, licet fieri sœpe possit, ut ex qual-  
cunque causa partus aliquot dies vel anticipetur, vel re-  
tardetur, recte tamen inferetur, partus, i. e. infantes se-  
mestres, septimestres & octimestres aut perfectos  
esse non posse, si autem sint tales, coitum esse ante nu-  
ptias anticipatum, & contra pattus decimestres, intelli-  
gimus menses solares & undecimestres extraordinaria  
magnitudine esse debere, quia nutritio semper conti-  
nuetur per ratiocinia ex observationibus, aut si id non  
sint, coitum fuisse illegitimum, si sc. in utroque casu  
in calculo non erraverit foemina. Cognoscitur autem  
partus imperfectio partim ex parvitate corporis debita  
minore, partim ex defectu partium nonnullarum, e. g.  
unguium, labiorum, vel ipsius cutis, §. 46. it. ex sutura  
coronali nimium dehiscente, auriculis ab ose tempo-  
rum divulsis, & si infans sere semper dormit & brevi  
post nativitatem plerumque moritur. Plane singulare  
quid fuit foetus, 46. annos in corpore materno sine pu-  
tredine hærens ita, ut tempore longæ graviditatis hujus,  
mater 2. infantes pepererit, de quo Camerarii Diss. de  
foetu

fœtu 46. annorum, & Held de Hagelsheim, doctissimus tract. de tempore partus sunt conferendi. De his vero ut & quæ §. anteced. diximus vid. Ill. Consiliarii aulici Teichmeieri, Medic. legal. sive forens. c. 9. de partu perfecto & legitimo, & c. 10. de abortu.

## §. LXVI.

Ceterum post partum pars funiculi umbilicalis in corpore infantis latens degenerat in ligamenta, vena quædam ejus in ligamentum hepatis, arteriæ in ligamenta lateralia vesicæ. Nam usus illarum jam cessavit, dum commeatus sanguinis materni est abscessus, sanguis autem infantis, clauso commeatu materno, per vias ordinarias transgreditur. Vid. Bartholini Avat. libr. I. c. 27.

## §. LXVII.

Dantur interdum partus extraordinarii, ad quos referimus abortus, seu partus præcoces, gemellos, vel plures infantes simul natos, monstra, androgynas seu hermaphroditos, molas, &c. quorum rationes quoque paucis in seqq. §. §. investigabimus. Intelligimus vero hoc loco per partum id, quod per pariendi actum ex utero materno excluditur.

## §. LXVIII.

Fœtus ante 7. a conceptione mensem ex utero exiens, dicitur abortus, uti eadem vox de ipsa etiam exclusione tali adhibetur, sed partus septimo, 8. & ante penitus completum nonum mensem facti, dicuntur præcoces seu immaturi.

## §. LXIX.

Dum fœtus in utero continetur, ipse autem quo est immaturior, eo minus ad expulsionem suam potest con-

conferre propter vires nimis debiles ; necesse est, ut tam ad abortum quam partum præcocem efficiendum, uterus sese sufficienter contrahat, hoc est ut constrictio orificii cervicisque a contractione fundi & corporis ute-  
rini superetur. Et adesse talem constrictiōnē uteri, satis testantur dolores ipsiſi in abortu vel partu præ-  
cocī e regione lumbari vel lumborum basi versus anum  
pubemque, nec non a regione umbilici & hypogastrica  
versus eandem pubis regionem contendentes.

S. LXX.

Quicquid igitur uterum ad talem constrictiōnē irritare potest, id mediate potest abortum vel partum præcocem efficere. Sed uterum ad talem constrictiōnē irritare possunt 1. uteri vel alius loci gravior & lar-  
gior hæmorrhagia, foeti debitum nutrimentum sub-  
traheens, ipsumque debilitans & encans. Foetus enim  
mortuus nullum amplius, debilis paucum nutri-  
mentum in corporis sui conservationem a sanguine matris  
assumit. Cum autem nihilominus perennis fiat afflu-  
xus sanguinis in laxata matricis vasa; ab initio paula-  
tim, dein graviter aperiuntur, & irritantur uteri vasa &  
tubuli, ac uterus constringitur : 2. eodem modo omnes  
alii graviores morbi matris, infantis interitum minantes,  
e. g. febres omnes malignæ & acutæ, variolæ, fluor  
albus, scorbutus ob acrimoniam humorum, dysenteria,  
motus convulsivi & epilepticigraviores, fluxus alvi diu-  
turni, vomitus tales, tussis, sternutationes vehementio-  
res, casus ab alto, contusiones & concussiones abdomi-  
nis & lumborum propter concussionem quoq; viscerum,  
intestinorum & muscularum totius abdominis. 3. Escu-  
lenta & potulenta, quæ sanguinem nimis comovent, &  
vasa

vasa uteri vaginæque stimulant per consequens menses vel hæmorrhagias uteri promovent, e.g. cibi nimis aromatisati, præcipue vero croco conditi, vina generosa, &c. quæ facile inferunt fluxus alvinos & tormina, e.g. omnes fructus horæ in copia comedisti, cerevisia junior nec satis fermentata, &c. alvum adstrictam relinquuntia, e.g. castaneæ sine butyro comedstæ, panis recens & calide ex fornace assumptus &c. omnia diuretica, & quæ fortiter urinam pellunt, e.g. Therebinthina, millepedes, &c. omnis motus & quies extraordinarius. Per motus enim extraordinarios & violentos non solum sanguis valde commovetur, ut ille dein placentam uteri cum fœtu ex utero expellat, sed etiam propter cohaesionem ligamentorum uterus valde concutitur. Per quietem autem nimiam massa sanguinea nimis augentur, & per ejus motum vehementiorem dein fœtus expellitur utero irritato, de quibus & aliis Hilscheri Diff. sub tit. *Theoria abortus & partus præcocis est conferenda.*

#### §. LXXI.

Hæc dicta uti sunt causæ abortuum, sic etiam constituunt eorum signa prognosticalicet remotiora & incerta. Certiora autem & proximiora sunt 1. uteri hæmorrhagia largior & impetuosior. Nam dum placenta ab utero solvitur, sanguis debet exstillare. 2. dolores in abdomen versus sinum pudoris: utpote ex constrictione uteri orti, 3. conatus involuntarius ex utero aliquid expellendi.

#### §. LXXII.

Dum per ingressum animalculi spermatici in ovolum sit conceptio, evidens est, quod si duo vel plura animalcula in duo vel plura ovula vel ejusdem ovarii vel

H

ambo-

amborum intrent, & hinc duo illa vel plura ovula im-  
prægnata vel per eandem vel diversas tubas in uterum  
deducantur, geminos tunc, vel plures infantes concipi  
& nasci possunt; licet, quia superfœtationes possibiles  
sunt, §. 44. fieri potest, ut reiteratis coitibus plures in-  
fantes concipientur.

## §. LXXIII.

Cum autem gemini unicam habere solent placen-  
tam uteri, §. 48. ratio sine dubio hæc est, quod dum  
placenta uteri cuiuslibet ovuli & fœtus §. 52. 48. ad na-  
scitur parti uteri superiori & anteriori, §. 49. subtile  
fibrillæ, per quas quodlibet ovulum utero cohærere in-  
cipit, & ex quibus oritur placenta, duorum illorum vel  
plurium ovlorum in utero existentium, inter se com-  
miscentur, & hinc unica tantum placentæ massa  
oriatur.

## §. LXXIV.

Fœtus ab ordinaria specie suæ figura, admodum  
deflectens, dicitur monstrum. Dum autem diversi-  
mode possunt deflectere, vel 1. per superabundantiam  
partium, 2. per defectum earum, 3. per earum illegiti-  
timam proportionem & situm, 4. per substitutionem  
partium inconvenientium in locum debitorum; tam  
diversa etiam possunt esse monstra.

## §. LXXV.

Quando duo animalcula spermatica in unicum  
transiunt ovlum maternum, quodlibet deberet in fœ-  
tum transformari. Sed hic facile potest fieri, vel 1. ut,  
dum nimis prope juxta se invicem posita sunt, quædam  
partes in augmentatione coeant & ex coalitis una tan-  
tum prodeat, quædam autem utriusque animalculi di-  
versæ

versæ maneant, adeoque illæ fiant in foetu duplicatæ. Huc pertinent monstra unum corpus, 2. capita, 4. brachia, & 4. pedes gerentia, it. illud, cuius *Augustinus de Civ. Dei, libr. 16. c. 8.* fecit mentionem, tempore Theodosii Imperatoris monstrum nempe natum fuisse, ab umbilico usque ad cervicem bicorporeum, inclinationibus plane contrariis pollentem. Cum hic Embryonis idem fuerit status in matre, & tamen inclinationes diversæ monstri, hæc phænomena ex theoria de staminibus in ovulo explicari vix poterunt, ut potius iterum aliquid præexistentis organici assumere necesse habeamus. Conf. Thummigii versiūche I. Stütz, obs. 5. §. 7. p. m. 44. vel 2. ut, dum quodlibet habet spatum sufficiens, attamen ex parte se tangunt, duo perfecti, sed plus minus concreti homines orientur. Huc illa pertinent monstra bicorporea, quale exemplum duarum puellarum pectore & costis concretarum & unum tantum funiculum umbilicalem gerentium Gedani 1724. natum fuit, Conf. Kulmus in Descriptione foetus monstroſi.

## §. LXXVI.

Nec impossibile est, ut ipsum animalculum ex quo homo transformatur, abundantia partium nonnullarum laboret. Hinc ratio reddi potest eorum monstrorum, quæ unum vel alterum membrum, e. g. digitos, habent superabundantes.

## §. LXXVII.

Homo utriusque sexus membra genitalia gerens, & hinc ad generandum æque ac pariendum aptus, dicitur Hermaphroditus, sive Androgyna. Cum igitur Hermaphroditus per superabundantiam membrorum

H 2  
rum

rum a figura ordinaria deflectat, ad primam monstrorum speciem est referendus. §. 74.

## §. LXXVIII.

Probe autem notandum, pro Hermaphroditis saepe immo saepissime fuisse habitos, qui tales revera nunquam fuere, sed speciem tantum alterius sexus fuerunt mentiti, ut plurimum. Sic foeminæ, clitoridem in penis magnitudine gerentes, & hinc coitum spuriū cum altera foemina instituentes, vel ad eum institendum saltim aptæ, quales confricatrices, subigatrices, <sup>τριβάδες</sup> vocantur, saepe habitæ fuerunt pro Hermaphroditis, cum tamen non fuerint, utpote ad sobolem vere generandam, ineptæ. Dein quoque maribus rarius membrum virile totum a nativitate usque ad certum tempus, e. g. pubertatem, vel diutius in corpore manet clausum & retentum ita, ut non nisi rima quædam muliebri similis in loco genitalium cernatur, donec dein ex qualicunque causa, e. g. saltu, in conspectum prorumpant genitalia masculina; quo facto, ex foemina videtur fieri mas, cum tamen semper fuerit mas. Conf. Exemplum in Venette von Erzeugung der Menschen, p. 555. & in Heinrich Anshelm Zieglers von Kliphausen, täglichen Schau-Platz der Zeit de Alberto, Archi-Episcopo Bremensi, qui primum a Decano suo Joh. de Sestfeld & deinceps ab omnibus protali sed falso habitus est.

## §. LXXIX.

Omnibus ejusmodi exemplis Hermaphroditorum apparentium remotis, valde dubium videtur esse, an super futura sint exempla verorum, §. 77. unde Physicorum & Medicorum multi etiam de existentia eorum dubitare recte ceperunt. Utrum autem verus Her-

maphro-

maphroditus sit an tantum apparet, non rectius, nisi per utrumque generationis actum exercitum, generationem & conceptionem dijudicari posse videtur. Sic narrant Ethnici, coecum Tiresiam fuisse Hermaphroditum, qui semper ratione stimulorum ad coitum pro foemina deciderit, quod quidem ultimum adeo veritati non adversatur, saltim si primum verum esset, quoniam foeminæ plura membra titillantia in genitalibus gerunt, viris. Quod si quis igitur verus Hermaphroditus existet, abundantia hæc membrorum optime solvi potest si assumamus, ipsum animalculum jam tali abundantia laborasse, contradictorium enim non est, inter illa animalcula spermatica, uti inter alias animantium species monstra etiam reperi.

## §. LXXX.

Nec est impossibile, quin propter vehementiorem imaginationem matris & embryonis cum matre connexionem, pars quædam in infante superabundet, §. 58. quo pertinet exemplum, quando referunt: exclusos fuisse in Hungaria porcellos ex utero matris suis, cum capitis ornatu muliebri, fere simili, vulgo fontange, &c.

## §. LXXXI.

Ex defectu partium partus erit monstruosus, qualis fuit ille, enjus Verger. in *Dissert. de monstrosis naturæ operibus*, Th. 3. §. 3. facit mentionem, utpote qui ab utero caruit manibus & hinc pedibus scripsit, pinxit, calamos scriptorios adaptavit; si ipsum animalculum defectu quodam laboret.

## §. LXXXII.

Per illegitimam proportionem vel situm partium vel per substitutionem partium inconvenientium in lo-

H 3

cum

cum debitorum orietur monstruosus partus vel 1. si ipsum animalculum tali illegitima proportione vel situ partium jam laboret, vel 2. hoc ipsum maxime, si mater per vim imaginationis vehementiorem tale quid infanti imprimat. Huc pertinet monstrum, quod ego ipse olim Vratislaviæ vidi; Vir erat ex parte superiori quidem fere perfectus, exceptis digitis, sed loco pedum duas matnas muliebres corpori adnatas, gerens, quibus interpositum erat membrum virile. Meretur quoque annotari hoc exemplum: Fœmina loco capitis collo super positam concham testaceam ex duabus valvis constantem, gerebat, quæ aperiebantur, & claudebantur, per quas cibum cochleari ministratum capiebat; qualis effectus ex imaginatione matris ortus est. Conf. Ill. Hoffmannus in Diss. de imaginationis natura & viribus.  
§. 12.

## §. LXXXIII.

Ex congressu animantium diversæ speciei solet etiam certa monstrorum species oriri, utriusque parentis formam ex parte referens, uti e. g. ex coitu equi cum asina oritur mulus, pardi cum leæna, leopardus, & ex congressu adolescentis cuiusdam cum capra natus fuit infans, caprina crura & faciem humanam habens. Conf. Vergeri Diss. supra §. 80. cit. Mulum & leopardum utriusque parentis figura æmulari mirum non est, siquidem animalculum spermaticum, ex quo talis fœtus oritur, foetum patri similem producere quidem aptum est, si mater diligenter formam patris sibi imprimit, sed nutritur ex sanguine alterius speciei, qui sine dubio a sanguine prioris speciei certa qualitate quadam diversus est propter principium rerum indiscernibilium.

Quod

Quod autem ad dictum infantem pedibus caprinis & facie humana attinet, sine dubio ita est factus, ut animalculum, ex quo factus, tanquam humanum ad hominem producendum quidem fuerit aptum, sed quo minus integer inde oriatur homino, imaginatio matris capræ, crura sua semper adspicientis obstititerit.

## S. LXXXIV.

Fieri etiam potest interdum, ut plures monstris-tatis causæ simul concurrant in eodem subiecto, unde eo erit deformius, quo plures adfuerunt. Huc referimus monstrum, anno 1654. in quodam monte Cataloniæ captum, 7. habens capita, quorum 6. habebant oculos duos, septimum vero quo capiebat cibum, saltim unum in medio frontis conspicendum, ut & 7. manus, sonum minus perceptibilem edens, superiori corporis parte homini simile, inferiori capræ. Vide iterum Vergerum *supra jam s. 82. 80.* allegatum. Quorum monstri hujus phænomenorum ex positis principiis rationem reddere, non erit adeo difficile.

## §. LXXXV.

Ceterum de monstribus queritur I. an sint homines? & 2. an monstrum bicorporeum pro una an pro dupli homine sit habendum? Quod ad prius attinet, quia anima rationalis & corpus organico-mechanicum hominem constituit, monstrum pro homine omnino reputandum est, si nempe utrumque adsit, si minus, non. Quia porro anima representationes suas producit pro motu fluidi seu spirituum animalium in cerebro ab externis objectis radiis solis illuminatis, de quo *Illi. Wolf. in Metaph.* videndus & habiliter in cerebro residet, si caput, & hinc etiam cerebrum huma-num

num adsit; anima etiam rationalis adesse creditur, & hinc monstrum habetur recte pro homine quod magis tunc valet quando reliqua potiora corporis membra etiam figuram humanam habeant. Ad alteram quæstionem an monstrum sive plene sive ex parte bicorporeum, §. 75. pro uno an duplici homine reputandum sit? facile etiam respondeatur. Quia corpus organicum & anima rationalis constituit hominem, si in monstro bi- vel pluri- corporeo una tantum est anima, pro uno homine, si duæ vel plures pro duobus vel pluribus hominibus reputandum; sed quia anima representationes suas producit motibus fluidi nervi in cerebro factis convenienter, & anima probabiliter sedem suam habet in cerebro, cerebrum autem in capite est; tot animæ rationales adesse recte creduntur, quot ad sunt capita. Ergo pro tot hominibus habendum, quot habet capita. Experientia consentit. *Kulmus enim in tract. cit. de fætu monstroso p. 36.* mentionem injectit monstri ex parte superiori bicorporei, sed ex parte inferiore uni-corporei, cuius partes duas superiores interdum litigaverint, quandoquidem etiam invicem consultaverint, qui duplicitis animæ sunt effetus.

## §. LXXXVI.

Usus dictorum §. 85. in doctr. theol. de Baptismo est maximus. Nempe monstrum caput humanum gerens est baptizandum, & monstrum pluribus capitibus præditum, toties est baptizandum, quot habet capita, quia omnis homo est baptizandus secundum sacras literas. Conf. §. 85.

## §. LXXXVII.

§. LXXXVII. molo vō mulierum .  
 Mola, ein Mond - Kalb, eine Mond - Frucht, est concre-  
 mentum vel membranoso - vel carnosō - fibrosum, modo  
 parvum, modo majus, in utero mulierum aliquando gene-  
 ratum, gestatum, cum eo cohārens, & ad instar placen-  
 ta uterina per vasā intercedentia nutrientum capiens,  
 sed nulla forma fœtus gaudens, & tandem vel utero exlu-  
 sum, per internum uteri motum constrictorum, §. 69. 70.  
 vel ad mortem usque foeminæ in eo gestatum. Hinc cum  
 non habeat figuram fœtus, scetus autem ex animalculo ge-  
 neretur, & hic saltim proprie pari dicitur; mola nec pari,  
 sed potius dicitur excerni, & improprie tantum ad partos  
 extraordinarios refertur. §. 67. Pariter, quia non habet  
 figuram fœtus & hinc nec organismum membrorum hu-  
 manorum, & hinc porro nec motus vitales, proprie nec vi-  
 vere dici potest; sola enim nutritio & augmentatio vitam  
 non constituit.

## §. LXXXVIII.

Mola ex animalculo spermatico non generatur, §. 87.  
 sed dum in ipso corde, immo & in cerebro interdom nasci-  
 tur concrementum fibroso - carnosum, polypus dictum, ex  
 sanguine prius coagulato & demum in fibras carneas muta-  
 to; Siquidem inventis polypis coagulum sanguinis solet  
 adhærere: molam fibroso - carnosam §. 87. ita in utero ge-  
 nerari veritati consentaneum est, ut 1. in fluxu menstruo in-  
 ordinato reliqua sanguinis inter cavitates ejus detineantur  
 & coagulentur. 2. hoc ipso cavitas uteri distendatur, ut va-  
 scula sanguifera subtilissima, post menstruum absolutum  
 rursus claudenda, non debite claudantur. 3. hinc cum va-  
 sculis illis apertis massa illa sanguinis coagulata cohārere  
 incipiat, 4. quo facto, per vascula illa sanguis ex utero ad-  
 feretur massa illi, ut ita mola quotidie inde nutrientum  
 & augmentum capiat, licet fieri etiam possit, ut sanguis su-  
 perfluu per menstruum ejiciatur, uti in initio graviditatis  
 solet esse §. 39.

## §. LXXXIX.

Mola membranoso - fibrosa §. 87. ita potest generari, ut  
 I  
 I. ma-

1. maturum ovulum, sed per animalculum spermaticum non fœcundatum, §. 88. ex qualicunque causa, e.g. titillatione vehementiore, ex confictu genitalium orta, vel imaginatione vehementiore venerea, corpus etiam affidente, vel motu, accedente in primis ovuli maturi gravitate, ex ovario per tubam fallopiam in uterum descendat. 2. illud, nisi per proximum menstruum una cum sanguine ejiciatur, periolo suo, quo ante adhaerat ovario, vel aliter uretro adhaerere incipiat. 3. per vascula sanguisera, menstruo fluxu forte apta, nutrimentum ex sanguine accipiat, quod vero deficiente foetu nutriendo, in solam substantiam membranosa explicationem & extensionem cedit ita, ut & venæ arteriaæque subtilissimæ & fibrae carneæ, membranam sive tunicam ovuli perreprantes crescant & augeantur. 4. quod dum ita sit, ipse etiam liquor contentus & ad nutrimentum foetus destinatus, §. 54. 56. sensim potest absundi, in nutrimentum substantiam hujus membranosa simul cedens. 5. quibus omnibus ita peractis, non potest non talis mola membranoso-carnosa inde oriri. Conf. Lischviti Diff. de virgine hydrope uteri mola laborante. Quodsi vero vesica illa, ex tunica ovuli nata, excernatur, antequam liquor amnii sit absorptus, mola dicitur vesicaria.

§. XC.

Quia ad *virgo* molarum non requiritur concubitus §. 89. 88. licet ad causas ejus possit accedere si titillatio §. 89. dicta ex eo oriatur, quin potius utriusque generis causa sine eo habent locum. §. 89. 88. in virgine aquæ ac vidua intacta generari potest mola: Unde palam est, illas propter molæ excretionem factæ stuprationis non posse accusari. De omnibus autem his, quæ a §. 67. ad hunc usque diximus plura videnda in Medicinis legalibus Teichmeyeri, Alberti, Lipsiensium, &c. in iisque capita, quæ de partibus extraordinariis agunt, & hoc spectant.

## APPENDIX.

*Continens opiniones plurimorum de Origine animæ, quæ tantibus principijs nostris locum non habent.*

§. XCI.

## §. XCJ.

Ens, quod sibi sui ipsius & aliorum in nobis est conscientia, dicimus animam. Cum igitur experientia teste tale ens in nobis sit, datur etiam in nobis anima. Conf. III. Wolfi vernünftige Gedancken von Gott der Welt und der Seele des Menschen auch allen Dingen überhaupt c. i. wie wir erkennen daß wir sind & part. 2. c. i. nec non ejusdem ausführliche Nachricht von seinen eigenen Schriften c. 7. von der Metaph. des Autoris ins besondere & c. 8. von den Anmerkungen über die Metaph. oder den 2. Theil derselben und den Schutz-Schriften des Autoris. De origine autem animæ disputatur non loquimur de anima primi hominis, utpote quam per creationis miraculum accepit, quod ex Gen. 2. scimus. Sed de origine animæ in generatione naturali loquimur.

## §. XCII.

De animæ in generatione origine infinitæ sunt fere sententiarum varietates. Inter Gentiles, Judæos, Christianos, & inter hos rursus, inter Theologos. JCTos, Medicos, Philosophos innumerabilia deprehendimus divortia.

## §. XCIII.

Sunt quidam, qui eligunt in xiiii, ex quibus B. Buddeus in Theol. Dogn. & Bergerus de natura humana, libr. 2. c. 1. p. 464. primum occupant locum, cum quibus non disputabimus.

## §. XCIV.

Dantur alii, qui determinant certi quid, & qui animam oriri dicunt ex nihilo, quod statuunt Creatiani dicentes: Deum quotidie adhuc facta a parentibus generatione in corpore fetus creare animam, idque die vel 3. vel 20. vel 40. vel 50. vel nobis incerto. Hanc sententiam Romanæ Ecclesiæ asseclar in Concil. Lateranensi articulum fidei esse decreverunt, & ex Nostratibus defenderunt multi. Ast. 1. obstat, quod Deus, creatione absoluta ab omni nova nunc cesset creatione. Gen. II. v. 2. quod stante hac hypothesi peccati originalis propagatio explicari non posse videatur. Nam si Deus animam infantis creet cum peccato Orig. esse eum causam peccati, si puram, justitiam & misericordiam Dei repugnare, detractionem ejus in corpus pecca-

minosum, asseverant Theologi. Argumenta pro hac sententia vero vid. in Alberti Diff. de termino animationis fetus, p. 27. c. 2. §. 14. Conf. quoque Zeybold in Diatribe historica de sententie creationem anime rationalis statuenter antiquitate & veritate.

## §. XCV.

Dantur alii, qui animam oriri dicunt ex infinito quodam, i. e. Deo, quem animam mundi, seu spiritum universalem dicunt esse. Hoc docet Plato & Fanatici, dicentes: Animam humanam esse particulam essentiae divinæ, ex qua per emanationem mirabiliter inspiretur fetus. Sed obstat, quod Deus sit spiritus, & hinc ens simplex; ens simplex autem propter defectum partium est indivisible. Alia argumenta e. g. quod Deus immutabilis, anima mutabilis, Deus absque peccato, anima, vero peccaminosa, vid. in Langii Diff. de origine animæ. Falsum etiam est, Deum esse animam mundi.

## §. XCVI.

Metempsychosistæ dicuntur, qui statuunt: certum quendam numerum animarum sub initio mundi, esse creatum, quæ ex uno homine in alterorum migrant, nempe ex vivis ad mortuos & vice versa pro diversitate vero actionum in vita peractarum vel in locum bonum i. e. campos Elysios, vel malum, i. e. Acheronicas regiones pervenientes, postquam poculum oblivionis hauserint ex fluvio Styge, ex his autem reversæ ad vivos iterum mox in personam illostrem vel humilem, pro differentia prioris vita migrant. Quam sententiam fovit Pythagoras & aliqua pars Judæorum. Conf. Slevogtii Dissert. de Metempsychosi Judæorum, & Matb. 14. 2. ibidem 16. 14. Job. 9. 2. Job. 1. Hanc Metempsychosin etiam incolæ Majorcæ, Minorcæ & Iphicæ prope Hispaniam credere dicuntur. Conf. Berckenmeyerij Antiquarius.

## §. XCVII.

Metensomatistæ docent pariter, certum animarum numerum in principio esse creatum, quæ vero non tam ex homine in hominem, seu ad superos & inferos migrant & re-

& revertuntur, sed pro ratione viræ ante actæ vel adeo in bruta, immo vel in plantas &c. & ex his demum solutis poenis in homines pervenient. Ita docuit Empedocles, Pythagoræ Discipulus. Ast utrius sententia §. 96. obstat 1. quod conceptibile non sit, quin anima omnis status præteriti plane post redditum in aliud corpus obliviscatur, cum tamen antea soepe cogitationes distinctas habuerit per C. 1. poculum enim stygium ad figmenta peccatarum veterum pertinet & simplicitati animæ adversatur. 2. Theologia longe alia de statu animæ post mortem docens, & quæso, cum quo corpore tandem in resurrectione mortuorum uniri debet? Videntur hæc opiniones ex doctr. de resurrectione male intellecta ortum traxisse, Conf. Jac. Thomæ Disp. de præexistentia animarum.

## §. XCVIII.

Infusiani, quorum 1. alii statuant: animas hominum quidem simul cum angelis omnes esse ex nihilo creatas sed fastidio bonorum spiritualium, quibus in cœlo fruebantur, amare cœpisse res terrenas, & ideo a Deo in corpora tanquam in carceres detrudi eo tempore, quo fœtus jam qua plurimas partes formatus sit, quod probatum eunt ex Ps. CXIX. 67. CXLII. 8. quæ loca tamen probanda, non probant. 2. alii, animas humanas similecum angelis esse conditas, ac dein modo unam, modo alteram ad corpus noviter oriundum mitti, licet illæ in cœlo non peccarint nec corpus eis sit loco carceris, quæ Rabbinorum fuit sententia, cui Suadia Gaon Rabbi opposuit Zach. 12. 1. Conf. Posneri Disp. de origine anime. Sed etiam hæc sententia omni caret fundamento. Et cur status præteriti non est memor anima? §. 97.

## §. XCIX.

Unionistæ dicunt, in staminibus ovolorum Evæ, cum toto corpore ejus simul a Deo productis stamina omnium reliquorum hominum & cum his animas eorum simul a Deo in principio productas & utrasque simul unitas esse, donec successive per generationes evolvantur, quæ sententia est Planeri, Prof. Math. Vitt. in Dissert. de anima humanæ

propagatione. Sed obstat, quod ex animalculis potius spermaticis quam staminibus ovulorum animalia & homines generentur, dein si etiam ex tali flamine, quod tamen in minima forma secundum sententiam Medicorum adesse debet, quia illud neque nudis oculis neque Microscopis adhibitis tanquam excogitatum aliquid vident, generaretur homo, conceptibile non est, quomodo, cum materia non sit in infinitum divisibilis, in tam minutissimo flamine infinita alia in longe minoribus semper formis possint dari. §. 9. Cadente igitur hoc, cadit etiam hæc animæ origo.

## §. C.

Nunc apparent Traduciani, quorum alii ab anima matris, alii ab anima utriusque parentis, plurimi ab anima patris infantis animam oriri & propagari dicunt, idque vel immediate, vel mediabitibus spiritibus, quos fingunt genitalibus, unde hi ultimi speciatim spiritualistæ dicuntur. Hi sententiam suam probant: 1. ex eo, qui dederit homini vim sese multiplicandi. *Gen. I. 28.* Ast non sequitur, animam ideo. ab animis parentum exire debere. Probetur consequentia. 2. quod Deus ipse ex costa Adami & corpus & animam Eva produxerit, *Gen. II. 2.* Sed antecedens valde est incertum, & posito, licet non concessio, quod ita sit, negatur tamen consequentia: Parentes debere generare animam infantis. 3. quod Deus a creatione novarum quiescat creaturarum, *Gen. II. 2.* 4. quod animalia sui similia generent, unde si homo id non faceret, deterior esset brutis. 5. quod totus homo ex anima & corpore constet; unde si homo hominem generare debeat, debeat & animam & corpus generare. Sed resp. ad 1. Non valere consequentiam. Datur secundum vel tertium. ad 2. itidem consequentiam non valere, & hominem omnino generare sui simile quid, et si non generet animam, quod etiam neutriquam illo modo in brutis fit, ut hi putant, ad 3. nec valet consequentia, alias & concludere possem in simili casu: Homo cogitat. Ergo cogitat & corpus? &c. 6. quod generatio non contradicat esentia spirituali animæ, siquidem si Deus angelos generare vellet, & hi generarent. Sed negatur antecedens, quoniam spiri-

spiritus non habet partes utpote ens simplex. 7. quod anima sit subiectum peccati originalis: Unde si hoc propagetur per parentes *Pf. LI.* 7. anima etiam propagetur. Sed non valet consequentia, nam propagatio peccati orig. ex supra dictis §. 61. potest intelligi. 8. Ex S. S. adducunt Gen. V. 3. Adam genuit filium ad imaginem suam, Gen. 46. 26. omnes animæ, quæ ex lumbis Jacobi venerant, *Pf. 51.* 7. *Job. XIV.* 4. *Job. 3.* 6. Sed & hic resp. non valere consequetiam, quin potius obstat traduci animæ simplicitas. Si enim anima est ens simpliciter, uti constat ex Metaph. Ill. Wolfii, adeoque indivisibilis, fieri nequit ut ex anima parentum anima infantis oriatur. Nec est, cur dicas, animam parentis animam infantis ex nihilo producere, hoc enim esset vera creatio. Creatio autem ex nihilo soli Deo propria.

## S. CI.

Dantur denique, qui ex corpore animam oriri statuunt, eoque vel universalis seu cœlo, idque per emanationem naturalem, quod docet Fernelius, ita, ut infans nascatur sine anima, sed cum halitu in partu animam attrahat, quæ Stoicorum quoque sententia fuit, vel per creationem aliquam supernaturalem, quæ, quia ex materia præ existente fiat, secunda dicenda sit, quod placet Rattrayo. Conf. *Thomasius* *supra* *cit.* §. 96. vel naturaliter quod docuit Aristoteles, semen potentia hominum, adeoque animam etiam esse assertens Conf. Poscheri *Diss.* de anima ortu in generatione, vel quoque per singularem operationem divinam, quod placuit *Jac. Martini teste Thomasio* *Diss. cit.* §. 96. *supra* *secl.* 3.

## S. CII.

Sed omnibus his obstat, quod si anima per dictas hypotheses ex corpore oriatur, ipsa etiam corporea, adeoque compositum ens debeat esse per consequens destructibile, quod vero spiritualitati & simplicitati & immortalitati ejus repugnat. De his vide *Jac. Thomasius* *Diss. de orig. anima*, it. *Alberti de termino animationis* fatus in utero, c. 2.

## S. CIII.

In tantis rerum difficultatibus vix ubi tuto pedem figere licet, superesse videtur. Ast, qui rite perspicerit, quæ per

M V N I M A T T

per totam hancce Diff. diximus, præsertim C. I. & in appendice, 1. abunde cognoscet, & aliud quid dari posse, per quod animæ origo intelligibiliter explicetur, ut non opus sit figmentis hinc inde assumptis & 2. si anima humana in generatione nec ex nihilo oritur, nec ex corpore, nec spiritu, sequi, illam debere præexistere, nihil enim aliud superesse, nam aut ex nihilo, aut ex aliquo, & si hoc, aut ex composito sive corpore, aut ex simplici, & si hoc, aut ex numero ab ipso differente, aut non differente, ut eadem nimurum maneat anima, quæ ante fuerat. Nos itaque demonstravimus, quo modo & ex Crearianorum §. 94. & Traducianorum, §. 100. & Præexistentianorum, §. 96. 97. systemate aliquid habeamus, & nullum tamen perfecte, creationem nempe animæ, in principio rerum factam, licet non tanquam animæ rationalis, sed tanquam entis simplicis obscuris representationibus prædicti, §. 23. præexistentiam, licet non tanquam animæ rationalis, sed immediate tanquam animæ sensitivæ & immediate tanquam entis simplicis obscuris tantum representationibus prædicti, §. 23. Traducem, licet non animæ infantis ex anima parentum, sed animati infantis ex animato patre. §. 5. & utri corpusculum suo modo semper redditur perfectius, ita id suo modo fieri etiam in anima, unde non dubitandum, quin statim in principio a Deo harmonia quadam inter animam & corpus sit constituta.

## §. C IV.

Cum igitur præcipua quæ huc spectant, ut putamus non omiserimus & cognoverimus cum veritate, nos mirabiliter factos esse, nihil superest, nisi ut hoc semper secundum S. S. agnoscamus probe, cum verbis Ill. VVolfi exclamantes: Deus mittat laboratores qui nos magis, magisque in hoc aliisque veritatum generibus confirmat! Cum sapienti monito vero Ill. Leibnitii Theod. §. 26. dati: Il est bon quelque fois, d' avoir la complaisance d' examiner certaines objections; car autre que cela peut servir à tirer les gens de leur erreur, il peut arriver que nous en profitions nous mêmes; car les paralogismes specieux renferment souvent quelque ouverture utile, & donnent lieu à refondre quelques difficultés considérables. Et in Epist. ad Remondum Tom. II. du recueil des diverses pieces sur la Philosophie, la Religion naturelle, &c. par Messieurs Leibnitz, Clarke, Neßton, p. 209. J'y cherche, non pas ce que j'y pourrois reprendre, mais ce qui y merite d'être approuvé, & dont je pourrois profiter. Cette méthode n'est point la plus à la mode, mais elle est la plus équitable, & la plus utile, huic appendici & toti nostræ Dissertationi ponentes

T E R M I N V M.

00 A 6307



vd18

Retro





DISSERTATIO IN AVGURALIS PHYSICO-MEDICA,  
DE  
**ANIMALCVLIS SPERMATICIS,**  
Oder  
*Son den kleinen Thierlein/ welche in dem  
Männlichen Saamen derer Menschen und  
Thiere gefunden werden/*  
**SECUNDVM PRINCIPIA PHYSIOLOGICO-  
METAPHYSICA METHODO MATHEMATICA  
DEMONSTRATA,**  
\_\_\_\_\_  
QVAM,  
VELIFICANTE NVMINIS SUPREMI GRATIA  
RECTORE VNIVERSITATIS MAGNIFICO,  
PRÆNOBILI ET CONSULTISSIMO  
**DN. TOBIA JAC. REINHARTH,**  
ICTO, SACRI PALATII CÆSAREI COMITE, JVRID. FACVLT. ASSESSORE  
ET PROFESS. COD. PVBL. ORDIN. CIVITATIS STNDICO  
ET CONSULE,  
AVTORITATE ET DECRETO GRATIOSÆ FACVLTATIS  
MEDICÆ IN PER-ANTIOVA HIERANA,  
SVB PRÆSIDIO  
LAVDATISSIMI ORDINIS MEDICI DOMINI DECANI ET SENIORIS  
**DN. D. HERMANNI PAVLI JVCHII,**  
SERENISS. DVCVM SAXO-VINAR. ET ISENAC. CONSIL. AVLICI ET ARCHIAT.  
PATHOL. ATQVE PRAXEOS PROFESS. PVBL. PRIMAR. ACADEM.  
CÆSAR. NAT. CVRIOS. COLLEGÆ,  
PATRONI AC PROMOTORIS SVI COLENDIASSIMI,  
PRO GRADV DOCTORIS,  
VNA CVM PRIVILEGIIS ATQVE IMMVNITATIBVS  
ANNEXIS LEGITIME ADIPISCENDO,  
PVBLICÆ ERVDITORVM CENSVRÆ SVBMITTIT  
AVCTOR ET RESPONDENS  
**CHRISTIANVS GOTHOFREDVS Obermann**  
Uratislav. Silesius,  
\_\_\_\_\_  
DIE V. OCTOBR. A. M DCC XXXI.  
IN AVDITORIO MAJORI COLLEGII MAJORIS, HORIS CONSVETIS.  
ERFORDIAE, Typis JOH. CHRISTOPH. HERINGII, Acad. Typogr.